

# Quartus

**I**ncepit liber quartus. De aro  
matibus Mariæ Cap. I.

## Bnc aro

matibus cum sponsa et  
adolescētib⁹ q̄ currūt  
post eam aspergamus  
lib⁹ et mēnīnē cubi-  
culum. Nūc introduxit nos rex i cellaria  
sua. Nūc surgit amica Maria: H̄yems  
abijt et pluuiā recessit. flores in terra n̄a  
apparuerūt. vineg florentes odorē dederūt.  
Post sabbata tristia felix dies irra-  
diat. Sol post occasum orit. aq̄le ad cor-  
pus p̄gregat. Radix amara crucis qua-  
nuit. flos vitez cū fructib⁹ erupit. Au-  
gustin⁹ i ser. 8 resurrectiōe dñi.  
Maria veniēs ad christi dñi monumen-  
tum appellat eū hortulanū. q̄ plantaria  
floruerūt infantū. Ecce lilia renatorum  
ornāt altare dñicūm candidū turb gau-  
dior⁹. Ecce lilia noua de fonte plantata  
gratia nutrita. et sanguine candidata. q̄z  
isti sunt qui lauerūt stolas suas. et candi-  
das eas fecerūt in sanguine agni q̄ tollit  
peccata mūdi. Ecce surrexit caro christi  
et flos campi de scrobe sepulcri. et appa-  
ruit in horto liliū cōualliu. cū ad sepulcri  
nouam scrobē gaudiorū meriti descēdit  
angelor⁹. Venit Maria sepulture por-  
tans pietat⁹ aromata. et innenit in sepul-  
cro sua via resurrectiōis vnguēta. nō vñ  
vngret corpus dñicūm. sed vt chrisma-  
te p̄funderet capita renatorū. Venit ad  
monumentū. estimat clausum. et inuenit  
ad ianuā sepulcri padisi vela pendentia  
lintheor⁹. Et hortulanus dñs christus q̄  
lenauit plātana de gebenna. q̄ antiqua  
obmerat sepulta. O hortulan⁹ q̄ era  
dicauit mortem. introduxit semē ad pa-  
radisum collegā latronem. O hortulan  
vitis specie. dulcis in voce. Jam simplex  
est horti ianua. nulla ibi de terrore custo-  
dia. ideo libent ac secura loquit̄ Maria:  
Dñe inquit tu in ligno p̄pedisti. et in se-  
pulcro iacnosti. tu padisum reserasti. ad-

mitte me in hortū delitiaq̄ tuarū. sanasti  
Euam. iocundā Mariā ostēdisti mibi.  
tu qui es vritis vera letifica me ad vinde-  
mia tua. Cui dñs: Vade inquit ad pal-  
mites meos videlic⁹ ap̄los. Occurrēt ti-  
bi i galilea. ibiqz tibi apparebit plena vi-  
temia. Ecce itaqz te dño resurgēte. et dñ  
sacrament⁹ apostolicis triumphauit gali-  
lea. te dño et infantib⁹ tanqz te vite et dñ  
palmitib⁹ hodie letal⁹ catholica mater ec-  
clesia.

**D**e glorioſa nocte resurrectio-  
nis. Leo papa in ser. de eodē.  
Cap. II.

**O**dmin⁹ nempe christus  
ne turbatos discipulorū aīos  
lōga mestitudo cruciaret denū-  
ciatam tridui morā tam mira celeritate  
breuiavit. vt dñ ad integr⁹ diem ps̄pmi  
nouissima. et pars tertia pm̄c cōcurrat. et aliquātum t̄pis spaciū decideret. et nihil  
diez numero depiret. Resurrectio ergo  
saluatoris nec animā in inferno. nec car-  
nem diu moratā oñdit in sepulcro. et tā  
velox viuificatio fuit incorrupt⁹ carnis  
vt maior ibi esset soporis similitudo q̄z mor-  
tis. quā deitas q̄ ab vtroqz suscepta hu-  
minis subā n̄ recessit. qđ ptate diuisit po-  
testate p̄iunxit. **P**iero. sup Ds.  
xxi. Deus inquit mens clamabo per diē  
et nō exaudiens. et nocte et nō ad insipien-  
am mibi. In die nāqz pendēs i cruce nō  
est exandit⁹ a p̄ie. s̄ ab inferis resurrexit  
nocte. **B**eda in omel. vespere  
sabbati. Querendū est aut̄ cur ipsam  
resurrectionis noctē dñi euangelista de-  
scribens ait: Vespere aut̄ sabbati que lu-  
cescit in prima sabbati. cū cōsuetus ordo  
temporū habeat vesperā magis i noctem  
tenebrei q̄z in diē lucescere. s̄ mystice  
loquēt̄ agelista q̄stū dignitat⁹ h̄ sacra  
tissima nos de gloria deuict⁹ mortis ac-  
cepit insinuare studuit: dñ eius exordiū  
quo deuotef⁹ mīc christo in obsequium  
vigilare ceperūt in sequentem iam diem

# Liber

lucescere perhibuit. **N**ā dominus actor et ordinator temporum qui vltima noct huius parte surrexit totā eam nimirum eiusdem resurrectiōis luce festiuam redidit et coruscā. **S**i quidē hucusq ab exordio mundanę creationis infra tēporū cursus distinguebant ut dies noctem p̄cederet iuxta ordinē videlicet p̄mē p̄dictionis. **H**ac autē nocte temp̄o ordo mutatus ē. q̄ mysteriū resurrectionis dñice. **N**amq nocte a mortuis resurrexit die vero sequēte eiusdē resurrectiōis effectū discipul' oñdit ac p̄cipato cū eis cōuiuio p̄vitatē virtutis eius miratib⁹ simul et gaudentib⁹ astruit rectissime nox illa sequentis diei luci p̄nigat ac sic temp̄oordo statut⁹ est. ut dies noctē seq̄t. **E**t qđē aptissime quondā diē nox seq̄bat. q̄ hō a luce paradisi peccādo lapsus ī hui⁹ seculi tenebras erumnasq decidit. **A**ptissime nō nūc dies noctē sequit qñ p̄ fidem resurrectiōis a peccati tenebris. et umbra mortu⁹ lucē vite christo largiēte reducim⁹. **Q**ua ppter necesse est fratres charissimi. ut q̄ noctē hanc p̄cipiā grā dñice resurrectionis illustratā cognouimus ipsi q̄ sollicite curem⁹ ne q̄ eius p̄ticula nostro ī corde tenebrescat. b̄ tota ī diē lucescat.

## De antiqua ipsius p̄figuratio-ne. Cap. III.

**H**uius sacratissime noctis ac redemptiōis nře solennitas venerāda iam olim est in antiqui tei populo mystice designata. Cū enī idē populus dñi fuissest egyptiaca servitute graefatus. nec illū egyptiū vellent dimittere ad liberū sui p̄ditoris servitu⁹ exire. Tandē p̄cepit ei dñs in celebratiōne pascē agnū imolare eiusq carnes hac nocte assare et edere. ei⁹ sanguine qui cēt fusus ī limie postē domorū sua p̄ utrūq ac superliniare pungere. atq̄ intus patū ac vigilante horā suę redemptiōis expectare. qđ dñ faceret. ecce noctis hui⁹ međio dñs aduenies p̄cussi egyptiop̄ pri-

mogenitis liberavit populū suū pondere longe seruitu⁹ atq̄ ad terrā olim pmissā p̄duxit patrię iubēs ēā hāc noctē in memoriā suę salvationis oīb⁹ annis īmolatiōne agni pascalis solennē agere. **Q**uē pfecto redemptio populi illi⁹ spūalis nře redemptiōis q̄ resurgēt a mortuis domino hac nocte completa est typū gessit. **S**ic etiā carnales eiusdē populi oppresores egyptiū duriora nequit⁹ spūal⁹ arma designat. quib⁹ subditū sibi gen⁹ humānū impia dñatione p̄mebāt. **S**ed reniens agnus īmaculat⁹ īmolari p̄ nobis ē dignat⁹ sanguinē suū nře salutē p̄cium dedit. q̄ morte ad t̄pus suscep̄ta mortis imperiū dānauit p̄petuo. mirandoq̄ ac desiderabili aspectu spectaculo agn⁹ īno ceter occisus. leonis q̄ occiderat vires potenter attruit. **A**gn⁹ q̄ tollit p̄ctā mundi leonē q̄ p̄ctū īutilit mūndo p̄fregit. **A**gn⁹ qui nos suę carnis et sanguinis libamine ne peream⁹ reficit. leonē qui nos rugies circūt. et quē de nobis p̄dat inqrit. tenit. **A**gn⁹ inqnā qui suę mortis signū frondib⁹ nostris ad ducēda tela mortiferi hō stis imposuit. **N**ā et ideo sanguis agni legalis in limine ac superliniari et utroq poste domorū ī quib⁹ edebat ponitūssus est. ut etiā quadripartita sanguis distinctio quadrifidū dñice passionis vexillū quo nos signati liberam⁹ exp̄meret. **D**eiecit aduersariū nostrę libertatis et pacis qui insidiabāt nobis ī occulto. sicut leo ī cubili suo. **S**icut ḡ nocte hac īmolato agno ī egypto signatis eius sanguine dominibus fidelium comestis ei⁹ carnib⁹ repente dñs venit. et eos q̄ mysteriū celestis exortes manebant puniens. et eōtra populum quē sacramentis saluta ib⁹ imbutū vident redemit. **I**ta domin⁹ et redemptor noster cum suū pro nobis corpus et sanguinē hostiaz patri obtulisset diaboli potentiam subvertit. satellitūq̄ ei⁹ spiritū videlicet īmūdorū audaciam cōminuit. **I**nfernī claustra deiecit. electos q̄ ibidez q̄uis ex tranquillitatē suū tenebāt eruit et hac ipsa nocte resurgēt a mortuis ad

## Quartus

celestis regni gaudia p̄duxit. Nec iustos solū quos apud inferos inuenit abstulit vix etiam eos quos adhuc in carne positi siros esse cognovit. necnō et nob̄ q̄s in se credituros in finem tempoz p̄uidit remedium salutis sua morte ac resurrectione procuravit.

**G**terū & eodem. Greg. in omel. de pasca. Cap. IIII.

**A**ncetiam ad memoria  
redit q̄ crucifixo filio dei. dice-  
bant insultantes iudei: Si rex  
israel ē descendat hūc de cruce & credim⁹  
ei. q̄ si tūc insultantib⁹ cedēs d⁹ cruce de-  
scenderet virtutē nobis patēt̄ nō ostē-  
deret. sed paululū expectauit. patētiam  
seruauit. admirationē distulit. **P**l⁹ aut̄  
fuit de sepulcro resurgere q̄ de cruce de-  
scendere. plusq̄ mortē resurgēdo destru-  
ere. q̄ vitā delcendēdo seruare. **S**ed iu-  
dei cū hunc ad insultationes suas d⁹ cru-  
ce descendere minime cernerēt. eūq̄ mor-  
rientem viderent. cū se vicisse crediderūt  
etiam nomen illius se quasi extinxisse ga-  
uisi sunt. **S**ed ecce de morte nomen eius  
per mūndū crevit. ex quo hūc infidelis tur-  
ba extinxisse credidit. **E**t q̄ gaudebat oc-  
cisum d̄olet mortuū. quia hūc ad gloriā  
cognouit peruenisse per penā. qd̄ bene in  
libro Iudicū Samson illi⁹ facta signi-  
ficant. qui cum Gaçam ciuitatē philisti-  
norū fuissest īgressus Philistei īgressū  
eius. ptinus cognoscentes ciuitatē repen-  
te obſidianib⁹ circūdederunt. & custodes  
deputauerunt. et Samson fortissimū se  
iā comp̄hēdisse gauisi sunt. **A**t h̄o Sam-  
son media nocte portas ciuitatis abstu-  
lit. & monte verticē ascēdit. **Q**uid Gaç  
ciuitas nīli infernū designat? qd̄ per phi-  
listeos nīli iudeorū perfidia temōstrat:  
qui cum mortuū viderēt dñm. eiusq̄ cor-  
pus iam in sepulcro positū custodī illico  
deputauerūt. & eum qui actor vite claru-  
erat inferni clauſtris retētū quasi Sam-  
son ī gaç se comp̄hēdisse letati sūt. **S**am-

son vero nocte media non soñ exīt. sed  
etiā portas tulit. q̄ videlicet redemptor  
noster an lucē resurgens nō solū liber de  
inferno exīt. sed etiā inferni clauſtra de-  
struxit. **P**ortas tulit & montis verticē  
subiēt. q̄ resurgēdo inferni clauſtra abstu-  
lit. & ascendendo celoz regna penetravit  
**H**āc ḡ resurrectionis eius gloriā fratres  
charillimi que et p̄us temōstrabat exī-  
gno. & post patuit ex facto. tota mēte di-  
ligamus. et p̄ eius amore moriam̄. **E**cce  
nos in resurrectione auctoris nři mīstros  
eius angelos p̄cives nostros agnouim⁹.  
**A**d h̄o ergo p̄cium instar frequentē illā  
solennitatē celebremus. **V**isq̄ cū necdū  
visione possimus. desiderio et mente cō-  
iungamur. trāsmigrem⁹ ad h̄tutes a vi-  
tij⁹ ut redemptore nostr⁹ in galilea vide-  
re mereamur. **A**dīnuet oīpotēs deus ad  
vitam desideriū nostr⁹. qui pro nobis in  
mortem dedit vnicū filiū suū.

**D**e causis et modo resurgēdi  
Victorinus sup Apocal.  
Cap. V.

**K**ōse vero Christus do-  
minus qui nō te ſemine natus  
erat. nihil morti debebat. ppter  
quod nec diabolus eū potuit tenorare.  
id est. in morte detinere. **G**reg. in  
omel. & pasca. Cūtius quoq̄ voluit  
a morte reliurgere. ne nřa diu aīa remane-  
ret in infidelitatis morte. **V**nde bene p̄  
**P**s. dicit: De torrēte in via bibet ppter  
rea exaltabit caput. In genere q̄p̄e hu-  
mano torrens mortis effluxerat ab ipso  
mundi initio. **S**ed de hoc torrente dñs  
in via bibit. id est. mortē in trāſitu gusta-  
nit. atq̄ ideo caput exaltauit. q̄ hoc qd̄  
moriendo in sepulcro posuit. resurgendo  
super angelos leuauit. **A**ug. in ser-  
mone de resurrectiōe domini.  
**P**ost auditas quippe redemptoz qui ī  
inferno detinebant sanctoz preces. ppter  
compositas leges. post temerosa alta vo-  
ragine fossos. tortores index nī ab inferi-

# Liber

laureatus exiuit. Nec candidatū officiū  
defuit sed leta cū principe suo oīs beato-  
rum contio pcessit. Repedat igit̄ ad sta-  
dium suū triumphator; iteꝝ viuus vt nō  
erret mūdus. qz rediit ab inferis christus  
dñs. Gloriant̄ ergo credētes. plaudant  
manibꝫ oēs gentes. qz rex noster et ī se-  
culo triumphauit. et inferos vicit. **Glo-**  
**sup Math. iii.** Deniqz potuit resur-  
gens exire clauso sepulcro q̄ natus ē clau-  
so ḥginis vtero. et q̄ ad discipulos clau-  
sis iannis itrauit corpe glificato. **Be-**  
**da in omel. vespelabbati.** Surrexit itaqz clauso monumēti ostio et exiit  
ab eo vt doceret corpus īmortale iā esse  
factum qđ ibi clausum fuerat mortuum.  
Q̄ aut̄ terremotus ipso resurgēte sic etiā  
moriēte factus ē magn⁹. s̄q̄ terrena p̄us  
corda et a celesti spe deiecta p̄ fidē passio-  
nis ac resurrectionis eius p̄cutienda fore  
ad pniā. et saluberrimo paurore p̄mota  
ad vitam sublimandā p̄petuā.

## De ministerio angelico

Cap. VI.

**H**angelus etiam illuc de  
celo aduenit. et obsequiū serui-  
tutis sue qđ dño debet exhibi-  
bit. Nam qz christus d̄e et lamo ē. inf-  
acta humanitatis eius semp angelorum  
non defuerūt d̄eo debita mīsteria. sic in-  
quisita sancti euāgeliū copiosissime pbat  
historia. Revolut̄ aut̄ lapidem. non vt  
egressuro domio iannā panderet. sed vt  
egressus eius iam fact̄ īmortalis clauso  
licz sepulcro potuit resurgēdo exire. Nec  
est p̄tereundū cur testis dñice resurrectio-  
nis angelus sedens apparuit cū is q̄ nativ-  
itatis eius mūdo gaudiū euāgeliānit  
iūx pastores vt leḡ stetit. Stare quippe  
pugnanti est. sedere regnanti. Et recte an-  
gelus stans apparuit qui aduentū salua-  
toris in mundū p̄dicauit. vt etiā stando

signaret. qz is quem p̄dicabat ad debel-  
landū principē mūdi veniret. Recte p̄o  
resurrectionis eius p̄co memorat sedisse.  
vt etiā sedisse figuraret eū superato mor-  
tis auctore. sedem quoqz regni iam p̄pe-  
tui concendisse. De quo paulo post di-  
scipulis apparet ait ipse: Data ē m̄ oīs  
potestas in celo et in terra. Sedebat aut̄  
sup lapidē q̄ monumēti claudebat ostiū  
vt claustra inferorū sua illum virtute te-  
iecisse ac superasse diceret. q̄ten⁹ oēs q̄s  
ibi suos inuenisset ad paradisi lucem re-  
quiēqz sublenaret. **Dreg⁹ i omel.**  
**D pasca.** Hoc quoqz notādū videt̄ qđ  
nam sit q̄ in textris ledisse legit. Quid  
enī per sinistrā n̄l p̄sens vita? quid p̄ de-  
xteram n̄l p̄petua designat? Un̄ sc̄ptū  
est: Leua eius sub capite meo. et dextra  
illius amplexabit̄ me. Qm̄ ḡredemptor  
noster ī p̄sens vite corruptionē trāsie-  
rat. recte angelus qui nūciare venerab-  
hennē eius vitā in textera sedebat. q̄ sto-  
la candida coopertus apparuit. quia se-  
stuitatis n̄r̄ gaudia nūcianit. Candor  
etenī vestis. splendorē denunciat n̄r̄ so-  
lennitatis. Nostre dicam⁹ an s̄ug. Sed  
vt fateamur verius. et n̄r̄ dicam⁹ et s̄ug.  
Illa quippe redemptoris n̄r̄ resurrectio  
et nostra festiuitas fuit. qz nos ad īmorta-  
litatem reduxit. et angeloz festiuitas ex-  
titit. qz nos ad celestia reuocādo eoz nu-  
merū impleuit. Hoc Marcus d'angelo  
dicit: Matheus vero angelū appanuisse  
describens ait: Erat aut̄ aspectus ei⁹ vt  
fulgor. et vestimentum eius sicut nix. In  
fulgore terror timoris. in nube aut̄ blandi-  
mentū ē candoris. Qm̄ igit̄ oīpotēs de-  
us et terribilis ē peccatoribꝫ. et iustis blā-  
dus. recte resurrectionis eius testis ange-  
lus. et in fulgore vultus. et in cādore te-  
monstrat̄ habitus. vtqđ ipsa sua specie et  
terreret repbos et mulceret pios. Unde  
recte quoqz populu per deserta gradien-  
tem colūna ignis in nocte. et colūba nub-  
pibat in die. In igne etenī terror est. In  
nube aut̄ visionis lene blandimentū est.  
Dies aut̄ vita iusti. et nox vita peccatorij

## Quartus

accipitur. **Vñ** et conuersis peccatoribus per paulum dicit. Fuitis aliqui tenebre. nunc autem lux in domino. In die ergo coluna monstrata est per nubem. et in nocte per ignem. quod omnipotens deus in iudicio et blandus iustus et terribilis apparuit iustis

**D**e aduentu mulierum ad sepulcrum. **Beda** ubi supra. **Lap.** VII.

**Q**uod autem legitur quod sancte mulieres vespere sabbati quando lucescit in prima sabbati venerunt videre sepulcrum. ita est intelligendum. quod vespere quidem venire ceperint. sed luce scente mane in prima sabbati ad sepulcrum guenerint. id est. vespere aromata parauerint. quibus domini corpus ungere desiderabant. sed parata vespere aromata mane ad sepulcrum detulerint. **M**attheus quidem breuitatis causa obscurus posuit. Sed alii euangeliste quo ordine sic factum evidenter ostendunt. Sepulto namque sexta feria domino. reuersae a monumento mulieres parauerunt aromata et vnguenta quod dominum operari licebat. Et sabbato quideciliuerunt secundum mandatum sicut lucas aperte designat. Cum autem sabbatum transisset vespere adueniente tempus opandire redisset. mox ad denotionem prompte aromata que minus parauerat emerunt. sicut marcus commemorat. ut vngueret eum. Et valde manevra sabbati veniunt ad monumentum. **A**lo. sup Mat. Non autem in euangelio dicens tempore describitur aduentus istarum mulierum non est medacij signum sed sedulue intentionis officium. duabus crebro scilicet abeunt ac recurrent. Nec a sepulcro domini se diutius ac longius abesse sinunt. **Beda** ubi supra. O quod felices feminis que angelico doctore oraculo. triumphum resurrectionis mundo meruerunt annunciare. ac mortis quam mulier serpentino affatu seducta contraxit imperium disruptum predicare. Quanto feliores anime viro et piter et feminam quotquot in die iudicii processis paurore ac digna vlti-

one reprobis celesti gratia adiutae triumphare de morte et gaudiu[m] beatu[m] resurrectio[n]is meruerit intrare. **O**greg. ubi s[ic]. Ite inquit dicite discipulis eius et petrum quia procedet vos in galilea. **H**ic merito queritur; cur nominatus discipulis petrus ex nomine designatur. Sed si h[oc] angelus nominatum non exprimeret quod magistru[m] negaverat. venire inter discipulos non auderet. **V**ocatur ergo nomine ne desperaret de negotiis. **H**iero. sup Mat. Dicite inquit discipulis ei et petro quod se discipulatu[m] indicat indignu[m]. quod ter negauit magistrum. At vero peccata posterita non nocet quoniam non placet. **H**iero. sup Mat. li. uii. Ipse quod dominus Iesus occurrit eisdem mulieribus dices. Aude te. ut in mulieribus solueret maledictum mulierum. **A**mbrosius sup lucas. viii. l. Sic cut ergo in principio mulier actrix culpe viro. et vir executor erroris fuit. ita nunc quod morte prius gustauerat. resurrectione prius vidit. Et ne perpetui reat opprobrium mulier apud viros sustineret quod viro transfuderat culpam transfudit et gratiam.

**D**e concordia euangelistarum. **A**lo. aug. super Mat. **Lap.** VIII.

**I**n quodque prima sabbati diluculo sicut omnes euangelisti consentiunt ventus est ad monumentum illud de terramoto ac reuoluto lapide territus custodibus quod solus narrat Mattheus iam erat factum. Venit autem maria magdalena quod ceteris ferventior erat. Ideoque Iohannes tacitus alijs que cum ea fuerat hanc solam commemorat. Videlicet lapidem sublatum ab ostio monumenti antequam diligenter inspiceret credens sublatum corpus cucurrit nuncians Petro et Iohanni quem etiam ad monumentum cucurserunt et non inuenientem corpus sicut Maria dixerat sublatum crediderunt et abiuerunt. Maria vero stetit foris plorans in horto. **L**ucangeli super lapidem reuolutum sedete

# Liber

viderunt de quo Mattheo et Marcus dicunt quod dixit eis: Nolite timere. Scio enim quod Iesum qui crucifixus est queritis. non est hic surrexit sicut predixit vobis. Ad hec verba Maria duorum fleret se inclinavit et in monumentum prospexit. Vidiq[ue] duos angelos. unum ad caput et unum ad pedes in albis sedentes qui dicunt illi: Mulier quid ploras? Quia tulerunt inquit dominum meum et nescio ubi posuerunt eum. Hic intelligendi sunt angeli surrexisse ut etiam sancte viderentur. sicut ait Lucas qui eos refert dixisse. quem queritis vivente cum mortuis? et ceterum. Post hoc Maria retro conuersa est et vidit Iesum stantem ut ait Iohannes et non sciebat quia Iesus est putans videlicet hortulanum. ubi et nominata cognovit eum. Qui et dictum est Noli me tangere. Tunc egressa est de monumento id est de loco anno lapide effossum. et aliq[ue] cum ea quas ut Marcus ait timor inuaserat et nemini quicquam dicebant. Tunc iam enim Mattheum: Ecce dominus Iesus occurrit eis dices. Quete: Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius mirantes. Sic ergo colligimur et angelorum locutionem eas bis habuisse venientes ad monumentum. et ipsius domini silentium quoniam Maria hortulanum putauit. et nunc eis iterum occurrit. ut eis ipsa repetitio fidem firmaret. Venit ergo Maria magdalene ac discipul[us] annunciat. et aliq[ue] que eum erat quas Lucas commemorat. Ambro. de spiritu sancto l. iii. Meritoq[ue] ad viros ut predictum est resurrectionis pronuncia mittitur femina ut quod prima viro annunciasse culpam. prima quod nunciaret domini gloriam.

**D**e dolo iudeorum et medacio custodum. **B**lo. sup Mat. in fine Cap. IX

**O**culi ergo mulieres abscesserunt. Ecce quidam de custodibus venerunt in civitate et nunciaverunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant. et miracula quae viderant. Indo-

cta quippe simplicitas fatet veritatem. astuta vero duplicitas modum querit quo astruat falsitatem. Unde nunc congregati principes illi cum senioribus accepto consilio pecuniam copiosam dederunt militibus Diero. sup Mat. li. viii. Pecuniam videlicet quam data fuerat ad vultus templi vertunt in redemptionem mendacium. sic per xxx. argenteos dederat Inde predictori. Omnes igitur qui stipendiis templi et his quae conferunt ad vultus ecclesie abutuntur in alijs rebus quibus suam expleant voluntatem. similes sunt scribarum et phariseorum redemptum mediacioni et salvatoris sanguinem. **B**lo. vbi supra. Dicite inquit quod nocte venerunt discipuli eius et furati sunt eum nobis dormientibus. Ecce inquit duplicitas astuta querit quod astruat falsa. Si enim dormierunt quod viderant. Si vero non videbant. quod huius testes esse potuerunt. Ne si etiam fures viderunt: cur non eos detinuerunt? Et addunt. Si hoc auditum fuerit a preside. videlicet eum furtum sublatum esse nos ei ne quicquam a vobis super hoc exigat suadebimus. ac securos. i. absque piculo vos faciemus. It illi accepta pecunia fecerunt sicut erat dociti. Quaracia quae captiuauit discipulum comitem domini decepit et milites custodes sepulcri. sicque indeos seduxit. Unde et evangelista subiungit. Et diuulgatum est perib[us] istud apud indeos usque in hodiernum die. Perseuerat nimis error empti medacijne in christum credatis iudei. **L**eo papa in sermo. de ephiphania. Ecce predicterunt indei successionem regum. placationem hostiarum. locum placationis ordinem sacerdotum. Et cum hec omnia expiant finita esse. non vident ea in christum esse transalata

**D**e excellentia diei resurrectionis domini. Aug. in sermone de resurrectione domini. Cap. X

**H**oc nos autem quas speciosa et grata in die dominice resurrectionis ecclesia enitet et totius

## Quartus

diebus anni alacrior dies illa resulget nō de vītatis solis circulis illuminata p̄clariū. s̄ de lumine agni resurgēt illultra ta sublimius. Hacē die sol iusticē chri stus ascēdit ab inferis euāgeliātis sanctorū animis eleuās secū cor p̄a sancto rum tanq̄ choros siderū sp̄naliū. Enītū it israel in qua vīsi sunt resurgētes. Enītēscit ecclia in qua p̄fulgent renascētes et illi testes et isti testes. Et idcirco pulsem̄ citharā David canentes. Hec est dies quā fecit dñs exultem̄ et iocundemur ī ea. Contemplēmur hūc diē qualē noctem habuerit genitricē. Nox q̄ celū in lumi narib⁹ imitat̄. imo in quo celuz et terra letat̄. Nox bonę pturitionis. nox sanctę regenerationis. Geminū noctis hui⁹ vi deo vterū q̄ et geminū agnosco p̄tū. Cō mouit tūc nox ista vterū p̄tūnēdo corpora resurgentū. cōmouet nūc vulnū suā. renouando aias innocentū. Nox de qua dicit̄. Et nox sicut dies illuminabit̄. ab ipsa est dies. dies quā fecit dñs. dies do minicū. Errecte dicit̄ dies lucis in quo fūgerūt tenebre cecitatis. Exclamauerūt q̄ erāt in regiōne vmbre mortis q̄ lux ora ta est illis. Letetur terra. quia nouam lu cem vidit. Letetur et et angeli. q̄ pecca toribus claritatē dñs dedit. Cōtremue runt inferi sustinēdo splendorē insolitū. et incuruatu⁹ est omne genu christo dño cœlestiū terrestriū et infernoꝝ. Vía ergo nobiscū hodie triumphat̄ et angeli et archāgeli ceteriq̄ beatoꝝ spirituū ordines nobiscū celebrat̄ festa. Nos q̄z imitam̄ cantilenam cātantes cātica cœlestia. que adhuc humana nō potest cātare lingua. Exultem̄ s̄ in dño s̄ in tremore non remissa securitate. Nā et beatus Johānes p̄cursor exultauit in vtero matris. s̄ vinū nō bibit p̄cepto angeli gabrielis. Nos aut̄ q̄ ifirmi sum⁹ sobrie bibam⁹. modū non excedam⁹ ut leticia nrā cū exultatio ne nullā sentiat corporis tempestatē. s̄ per sobrietatis serenitatē ptum intremus sa lutis. Accepim⁹ ieinnioꝝ palmā festiu itis nō amittam⁹ victoriā quā nob̄ tribu

it dñs Christus adiuuādo. q̄ vicit ī nob̄ patiēdo ut digno carmē triumphe mus. cantātes; absorta ē moꝝ in victoria alleluia.

**O** ipsa die spoliatus est infer nus et aptus paradisus. Aug. i sermone d̄ resurrectiōe dñi.

Lap. XI.

**O** mnes quidem alię di es solēnes videntū in se tantū continēt gaudiū. Cōmunis au tem est inferis ac superis simul ista festini tas. q̄ resurgēs dñs a mortuis et illic fe stinitatē dedit vbi mortē vicit. et istic vbi victor a morte remeauit. Ergo q̄ppe te scendēte ad inferoz tenebrōsam caligi nem etiā illic tūc absq̄ dubio dies splen didissimus fuit vbi saluator̄ illuxit. **Vñ** Johānes ait. Et lux in tenebris lucet. et tenebre eū nō cōprehēderūt. Licet enī do minus in tenebris descederit. tenebrarū tamē obscura nō sensit. Tenuit ī illo no ctis horrore inniōlabilē maiestatis sue splendorē. lux sempiterne nature. Ac si n̄ a nocte lux s̄ nox a luce supata est. Hic prima sc̄z dominica resurrectionē annū cians nō supnis tantū. s̄ etiā infimis diē indixit salutifera exultatiōis dicēs. Hec est dies quā fecit dñs exultem̄ et letem̄ ī ea. Hec etiā in p̄sequētib⁹ ait. Deus do minus et illuxit nobis. Cōstituite diē so lēnnē ī cōdensis vlc̄ ad cornu altaris. **O**lo. sup Mat. xxvij. Hinc eti am multisancor̄ q̄ dormierāt ut ī eu an gelio legit̄ exēentes de monumētis vene runt in sanctā ciuitatē et apparuerūt mul tis videlicet ad testimoniu⁹ dñicē resurre ctionis. Ethi credendi sunt cū domino ascēdente simul ascēdisse cum corpore. quibus etiā voce p̄phetica p̄ Zachariā dicitur. **Niero. sup Zach. li. ij.** Conuertimini ad munitionē vinci spe id est. vos qui nunc in inferno vinci te nemini et solutionē speratis in aduentu Christi conuertimini ad habitationem

# Liber

Christi padisi. Hec enī illa est munitio  
in qua latro p̄mis cum dñō ingressus ē.  
**A**ug. in sermone vbi s. Ignis  
tā quippe rompheā illā z paradisi ianuā  
quā null' effringere pōt hac die Christ⁹  
cum latrone referauit. dices ad angelos:  
Aperite mihi portas iusticie. z ingressus  
in eas cōfitebor domino. Ex eo numirum  
tempo quo passus ē dñs vlḡ hodie por-  
ta hēc et clausa z reserata est. Clusa q̄  
dem icredulis z peccatorib⁹ reserata ho-  
iustis z credentib⁹. Per hāc ingressus ē  
Petrus. per hāc ingressus est Paulus.  
per hāc oēs sancti martyres intrauerūt.  
per hanc etiā quotidie de toto mūdo iu-  
storum ingrediunt̄ animę. Ita ḡet nos  
vivere debem⁹ vt de domo illa nō reijcia-  
mur. z electi foras a bestijs deuorem̄. q̄s  
ppheta formidās ait: Ne tradas bestijs  
animas cōfitentū tibi. Per ecclesię por-  
tam que est domus dei intramus portam  
paradisi. Et ecce dñs nūc stans in para-  
disi ianua loquit̄ ad nos qui sum⁹ in do-  
mo ipsius id est in ecclia. S. porta dñi iu-  
sti intrabūt ī eam. Pro his ergo omni-  
bus cōsona voce piter cantem⁹: Hec est  
dies quā fecit dñs exultem⁹ z letem⁹ ī ea

**Q** ipsa die quinques apparu-  
it dñs. Beda i omel. Stetit Je-  
sus in medio discipulor̄  
Cap. XII.

**G**loriam quidē resurre-  
ctionis suę redemptor n̄r pa-  
latim discipulis ac p̄ incremen-  
tum t̄pis ostēdit. q̄ nimiz miraculi vir-  
tus erat tanta vt hāc repente totā capē  
non possent fragilia mortalium pectora.  
Consulens igit̄ imbecillitati querentī.  
primo quidē venientibus ad monumen-  
tum f̄eminis amore suo feruētib⁹ z viris  
renolutū lapidē. et ablato suo corpē lin-  
theamina q̄bus innolutū erat sola posi-  
ta monstrauit. Deinde curiosius inqren-  
tibus f̄eminis z te eo qđ innenerat men-  
te cōsternatis angeloꝝ visionē qui illuz-

resurrexisse certa manifestatione patefa-  
cerent ostendit. ac sic p̄ currente fama pa-  
tratę resurrectionis. tandem ipse dominus  
virtutū z rex glorię apparet. q̄nta poten-  
cia morte quā ad horam gustauerat de-  
uicisset aperuit. Et quidē q̄tum ex euā  
gelice serie lectionis inuenim⁹: quin quies  
ipsa qua resurrexit die visus est homini-  
bus. Primo marie magdalene ad mo-  
numētū q̄n ei desiderāti pedes ei⁹ am-  
pliceti dictum est: Noli me tangere. non-  
dum enī ascendi ad patrē meū. Deinde  
duabus a monumēto currētibus nunci-  
are discipulis. q̄ de pfecta eius resurrecti-  
one didicerat ab angelis. De q̄bus scri-  
ptum est: Quia accesserūt et tenuerūt pe-  
des eius z adorauerūt enī. Apparuit ī ip-  
so die ad uesperas cēte duob⁹ eūtib⁹ in ca-  
stellum emaus. qui eū ad hospitiū voca-  
tes in panis fractione cognouerūt. Ap-  
paruit z Petro. qđ z si q̄ vel vbi faciū-  
sit euāgelistā minime designauerit. tñ q̄  
factū sit nō tacet dicens. quia p̄fati duo  
discipuli cognito dñō ī emaus statim cū  
redissent hierusalē inuenērūt congrega-  
tos vnde decim⁹ z eos qui cum ipsis erāt di-  
cētes; q̄ surrexit dñs et apparuit Timo-  
ni. Deinde subiungit. et ipsi narrauerūt q̄  
gesta erāt in via et quomodo cognouerūt  
eum in fractione panis. Statimq̄ anne-  
xit quintā eius apparitionē. de qua mo-  
do cum euāgeliū legeref audiuimus ita  
incipiens: Dum aut̄ hēc loquerent̄ ste-  
tit Jesus in medio discipulor̄ z dixit eis  
Pax vob̄ zc. Abi nō sine causa man⁹  
suis ac pedes q̄s vultū quem eque none-  
rant eos videre ac recognoscere iubet. S.  
vt visis clavorum signis quib⁹ cruci fue-  
rat affixus. nō soluz corpus esse qđ vide-  
bant. sed ipsum domini sui corp⁹ esse qđ  
crucifixum nouerant intelligere possunt.  
Unde bene Jobānes hui⁹ dominicē  
resurrectionis apparitionis memorā faci-  
ens. latus quoq̄ suū qđ a milite fuerat  
vulneratum. discipulis eū ostendisse per-  
hibet. vt quo plura notissimę passionis.  
ac suscep̄t mortis indicia cognoscerent

# Quartus

Explanatio

eo certiori patrate iam resurrectionis ac  
dirupte mortis fide gauderent. Qui vt  
illos per omnia de fide resurrectiois cer-  
tos redderet. non tantum oculis intuendū  
sed attractandū quoq; manibus corp<sup>o</sup>  
quod immortale illis ostenderat exhibu-  
it dicens: Palpate et videte. qz spūs car-  
nem et ossa non habet sicut me videtis ha-  
bere.

**D**e cicatricibus quās in corpo  
re suo retinuit dominus.  
Cap. XIII.

**S**olent autē gentiles hoc  
in loco simplicitati fidei nostrę  
deceptionū tendere laqueos di-  
cendo: Quia temeritate confiditis. quia  
Christus quem colitis nostra d<sup>r</sup> puluere  
corpora possit incorrupta reducere. q; nec  
suoz vulnez que in cruce suscepit potuit  
cicatrices obducere. sed resuscitato ut dici-  
tis suo corpore a mortuis sig<sup>r</sup> adhuc mor-  
tis inesse no<sup>t</sup> celauit? Quibus responde-  
mus. quia Christus cū omnipotēs sit te-  
us et nostra vt promisit corpora de cor-  
ruptionē ad incorruptionē. de morte ad vi-  
tam. de terrę puluere ad celestę suscita-  
bit gloriam. et suū quod moriendo exue-  
rat corpus quale voluit reuocavit ad vi-  
tam. Q; cum ablatis passionis indicijs.  
posset discipulis ostendere. utiq; dispen-  
sationis gratia passionis i eo maluit in-  
dicia reseruare: Primo videlicet ut di-  
scipuli q; hoc videbant manifeste possent  
dinoscere non spūm sine corpore. sed cor-  
pus esse spirituale quod videbat certāq;  
fidem resurrectionis pacte mundo p̄di-  
carent. Deinde vt ipse dominus et deus  
noster Jesus christus qui in humanitate  
patrem pro nobis interpellat ostēsis vul-  
nerum suo z cicatricib<sup>r</sup> ei ppetuo demō-  
straret qntum pro humana salute labo-  
rauerit. miroq; atq; ineffabili nobis or-  
dine eum qui nihil vñq; potest oblinisci  
qui semper misereri paratus est. qz pgrue  
hominibus misereatur absq; intermissi-

one admoneat quorū participes nature  
doloris et passionis ipse dei filius effect<sup>r</sup>  
sit. pro quib; ipse confligens mortis im-  
perium moriēdo prostrauerit. Tertio vt  
omnes electi perpetua beatitudine susce-  
pti videntes in deo ac domino suo signa  
passionis. nunq; illi gratias agere desi-  
stant. per cui<sup>r</sup> mortē se vivere cognoscūt  
Sicq; fieri valeat qd voce totius ecclie  
in psalmis p̄peta cantat: Misericordias  
domini in eternum cantabo. Ad extre-  
mū vt etiā reprobi in iudicio sig<sup>r</sup> eiusde<sup>r</sup>  
passionis aspiciant. sicut scriptū est: Vi-  
debunt in quē transfixerunt. ac se iustissi-  
me damnados intelligent: Non solum  
hi qui ei manus impias intulerunt. sed et  
illi qui vel suscepta eius mysteria pro ni-  
bilo contemnunt. vel sibi oblata nunq;  
suscipere curarunt. vel etiā maiorī impi-  
etate i eis qui suscepserant odijs ac perse-  
cutionibus extinguere ac corrumpere la-  
borant. **I**dem sup Lucā li. vi.  
His ergo de causis ille qui mortis regna  
destruxit in corpore suo signa mortis ob-  
litterare noluit. Primo scz vt per hoc di-  
scipulis fidem sue resurrectiois astriueret  
Deinde vero vt patri pro nobis suppli-  
cans quale mortis genus pro vita mor-  
talium ptulerit semper ostenderet. Ter-  
tio vt sua morte redemptis qz misericor-  
diter sint adiuti. ppositis semper eiusde<sup>r</sup>  
mortis indicijs innouet: Ideoq; miseri-  
cordias domini in eternū cantare popu-  
lus ille non cesset. sed dicant qui redem-  
pti sunt a domino. quoniā bonus quoniā  
am in seculū misericordia eius. Postre-  
mo vt etiam perfidis in iudicio qz iuste  
damnentur ostēsa inter alia flagicia etiā  
vulnez que ab eis suscepit cicatrice  
renunciet. Deniq; velut si miles aliquis  
fortissimus iubente rege pro totius gēris  
salute singulari certamine desudet. et  
multis quidem exceptis vulneribus. ho-  
stem tamē interficiat eiusq; spolia diripi-  
at et victoriā genti sue reportet. Sic pro-  
fecto dominus ob signum ppetis victo-  
rī quidem excepta p nobis vulnera

# Liber

passionis sed ipsoꝝ cicatrices celo malu-  
it inferre qꝫ abolere.

**D**e hoc qꝫ post resurrectionem  
comedit. **Beda in omelia.** vbi  
supra.

**Cap. XIII.**

**A**nno discipolorum remaneret ambi-  
guitatis sumptis etiam epulis  
comedit coram eis ut si visibus oculorū  
sive tactibus digitorū suorum non crede-  
rent. vel alimentoꝝ carnaliꝝ perceptione  
carnem esse que apparebat cognoscerent  
**Q**ua in re cauēda est heresis stulta che-  
rintianoꝝ ne quis videlicet pueriliter te-  
sipiens estimet. vel mediatoris dei et do-  
mini nostri corpus excitatū a mortuis su-  
stentaculo eguisse ciborū. vel nostra post  
resurrectionem corpora in vita et conuer-  
satione spirituali reficienda esse carnaliꝝ  
bus escis. vbi esurire ac sitire sicut et cete-  
rorū bonoꝝ penuriā pati nullatenus si-  
nit diuine cōtemplatio charitatis. **V**nū  
ardentissimus amator vite illius de sua  
devotione certus loquitur deo spe leta-  
bundus: **E**go autē cum iusticia appare-  
bo in conspectu tuo. satiabor. dum mani-  
festabitur gloria tua. **E**t Philippus eo  
dem seruens amore veritatis: **D**omine  
inquit ostende nobis patrē et sufficit no-  
bis. **S**implicit' igitur ac pie sentiēdū est  
a morte resuscitatum. et immortale iā fa-  
ctum nullam quidē necessitatē. sed tamē  
fallitatē nō habuisse vescēdi corpus do-  
minicū. **I**deoqꝫ vbi oportunitas pban-  
de substantię naturalę exigebat cibis esse  
refectum. **Q**ui nimiꝝ cibi nullū sagine  
adiumentum ut mortaliꝝ corporibus so-  
lent præbuerunt illi. sed quomō in ignem  
missa aqua. ita et mox comesti spūali eiꝝ  
sunt virtute absumptę. **S**ed et nra post  
resurrectionem corpora celesti gloria pre-  
vita credendum est ad quidqđ voluerit  
agendum esse potentia. ad peruenienduz

vbiqꝫ voluerit v̄elibuerit esse prom-  
ptissima. **S**ed quia nulla tunc mandu-  
candi necessitas vel utilitas alimentoruꝝ  
potest incurtere. nullatenus immortale sc-  
colum cibis mortalibus fruituꝝ esse. vbi  
filii resurrectionis non aliud erit esca et  
potus vita et salus pax gaudiū et omnia  
bona qꝫ illud quod ī psalmo canit'. **B**e-  
ati qui habitant in domo tua domine in  
seculum seculi laudabūt te. **V**titex: **V**i  
debitur deus deoꝝ in sion. quando scz  
vt ait aplius: erit deus omnia in omnibꝫ  
**G**reg. in omel. **M**anifesta-  
uit se. **E**t notandum qꝫ vñus euangeli-  
starum refert eum comedisse panem et pi-  
scem assūm. **A**lius vero cū asso pisce mel-  
lis fauū. **N**ec vacat a mysterio qđ iterat  
in facto. **Q**uid enim significare credim⁹  
pisces assūm nisi Christū passum? **I**pse  
nanqꝫ latere dignatus in aquis humani  
generis capi voluit laqueo mortis nr̄e.  
et quasi tribulazione assatus est tempore  
passionis sue. **S**ed qui pisces assus fieri  
dignatus est in passione. fauus mellis  
nobis extitit in resurrectione. **C**eterum ī  
fauo mellis naturā exprimere voluit sue  
personę. quia fauus id est. mel in cera est  
diuinitas ī humanitate. **D**eniqꝫ q̄ assa-  
ri potuit vt pisces ex humanitate. pane nos  
reficit ex divinitate. **V**nde ego suz inq̄t  
panis viuus qui de celo descendit. **A**ssū  
ergo pisces et panē comedit. vt ipso suo  
cibo nobis ostenderet. quia et passionem  
ex nostra humanitate pertulit. et refectio-  
nem nostram ex sua diuinitate pcurauit  
quod si vigilanter inspicim⁹. nob qz q̄  
liter ad imitandum congruat videmus  
**N**am in cibis suo dominus asso pisces fa-  
num mellis coniungere voluit. quia vi-  
delicet illos in suo corpore ad eternā qe-  
tem suscipit. qui cum hic pro domino tri-  
bulationes sentiūt ab amore eterne dul-  
cedinis nō recedunt

## Quartus

**D**e ceteris argumētis quib⁹ re surrectionē suaz ostendit Leo papa in sermone de resurrectione domini.

Cap. XV.

**O**stq⁹ ergo corp⁹ et ani mā q̄ potestate diuisit potestate coniuncta teatas iubsecuta sunt plurima documenta quibus predicande per vniuersum mundū fidei cōderetur auctoritas. Et licet lapidis renolutio monumēti euacuatio linitiorum depositio et totius facti narratores angeli copiose veritatem astrue rent resurrectionis domini ipse tamē do minus Iesus et mulierum visui et apostolorum oculis frequenter apparet manifestus non solum cum eis loquens sed etiam habitans atq⁹ cōuescens et pertractari se diligenti curiosoq⁹ contactu ab eis quos dubitatio perstringebat admittēt̄ Ideo enī et clausis ad discipulos ostijs introibat et flatu suo spūmā sanctū dabat et dato intelligentie lumine sanctarū scripturarum occulta pandebat et rursū idē vulnus lateris fixuras clauorū et rōia recentissime passionis signa mōstrabat ut agnosceretur in eo proprietas diuinę humāq⁹ nature individua permanere. Et ita sciremus verbum hoc q̄ carnem esse et vñū dei filium et verbum confitēmur et carnes. **A**mbrosius super Lucam si. Palpate inquit et videte quia spūs carnē et ossa non habet sic me videtis habere. In hoc vtiq⁹ non solum firmat fidem sed etiā acuit devotionem. **S**reg⁹ in omel. **L**uzero factum esset. Ecce corpus illud domini iannis clausis ad discipulos iitruuit. qd̄ per nativitatem suam clauso virginis vte ro ad humanos oculos exiuit. Ipsiā q̄ carnem suam dominus palpandā prebuit quaz clausis iannis introduxit. Quia in re duo mira et iuxta humanaz rationē sibi yalde p̄traria ostēdit. Nā et corrūpi

necessē ē qd̄ palpāt̄ et palpāri nō pōt qd̄ non corruptitur. Sed miro modo dñs et incorruptibile post resurrectionē et palpabile exhibuit corpus ut incorruptibile monstrando ad p̄mium inuitaret et palpabile p̄bendo ad fidem formaret. Ostendit ergo se et incorruptibilem et palpabilem ut corpus suu⁹ esse demonstraret post resurrectionem et eiusdem esse nature et alteri⁹ glorie. **I**de i omel. **E**untes in mundū. Ergo resurrectionē domini tarde crediderūt discipuli non tam illorum infirmitas q̄ nostra ut ita dicā futura firmitas fuit. Ipsa nanq⁹ resurrectio dominica dubitanib⁹ vel per multa est argumenta demonstrata que dum nos legentes agnoscimus quid alind q̄ de eorum dubitatione solidam. Minus enī mibi Maria magdalena p̄st̄tit que citius credidit. q̄ Thomas q̄ dñi dubitauit. Ille nāq⁹ dubitando vulneri⁹ cicatrices tetigit ac de nostro pectore dubitatiōis vuln⁹ amputauit

**Q**uotiens post resurrectionē discipulis apparuit. **B**eda i omel. Undecim discipuli.

Cap. XVI.

**I**cet autēz domin⁹ iam assuuptus corporaliter in celū sedeat a textis tei manet tñ nobiscum usq⁹ ad consumationem seculi. Manet vtiq⁹ non tantum in celo sed etiam in terra diuinitate cum sanctis ne vñq⁹ eius pietas abesse in tribulatione possit. Quoniam videlicet pietatis sue presentiam non tantū nobis xpo promisit sed et evidentibus indicijs designauit. cum post resurrectionem suam discipulis sept̄ usq⁹ ad diem quo celos petiūt apparuit. Eorumq⁹ animos admodum increpādo sanctis pūs donū tribuendo roboranuit. E q̄b⁹ qdē apparitiōib⁹ tecē solūmō i euāgelistar̄ script̄ inēim⁹

# Liber

Sed p̄les docet fuisse ap̄ls d̄c̄s: Et resurrexit tertia die f̄m scripturas et visus est cephe. et post hoc vndeclim. Deinde vi sis est plus q̄j quingentis fratrib⁹ simul. Deinde vi sis est et Jacobo. deinde apostol omnib⁹. Quisssime aut̄ omniā tāq̄j abortiuo vi sis est et mibi. Quib⁹ enī loc vel t̄pibus facte sunt visiones quas cōmemorat ignoramus: tantū scim⁹ q̄ sibi nouissime vi sis esse deum cōfirmat. post ascensionē eius factum est. vel qn̄ il lum de celo alloquens de p̄secutore doctorem ecclesie fecit. vel qn̄ in padisum et tertium celum rapt⁹ audiuit arcana verba que non licebat homini loqui. Et sic alibi dicit: Mysteriū enā gelij qd ab homine nō accepi. sed per reuelationē Iesu christi didici. D̄c̄ies vero vi sum ut diximus post resurrectionē dñm evangeli orum nobis et actuum apostolor⁹ prodit historia. vbi ipso resurrectionis sue die quinques legi apparuisse. Primo qdē Marię magdalenę flenti ad monumen tum se ostēdit. Deinde vero eidē Marie et alteri eiusdē nominis feminę regredientibus a monumēto nūciare discipulis occurrentis apparuit. Tertio Simoni petro. Quarto Aleophe et socio eius cū quib⁹ ipse gradiens ī Emaus ibidē est ī panis fractione cognit⁹. q̄ etiā mox hie rosolymā reuersi iuenerūt discipulos lo quentes. q̄ surrexit dñs vere et apparuit Simoni. Nam pleni⁹ alibi non legitur qn̄ apparuit Simoni. Quinto apparuit eis ī eodē loco ianuis clausis vbi non erat Thomas. Sexto post dies octo qn̄ erat cū eis et Thomas. Septimo p̄scantib⁹ ad tiberiadis mare. Octavo ī monte galilei. Nono recubentib⁹ vndeclī apparuit die quo in celum ascendit. Decimo viderunt eum ipsa die non iam ī terra positum sed in aera eleuatum. celosq̄ petente. dicentibus sibi angelis: Sic ve niet quēadmodum vidistis eum euntem in celum.

## De mysterio earundē apparitionum Cap. XVII.

**E**t ergo frequentia corporalis sue manifestatiōis ostēdere voluit dñs ut diximus in omni loco se tōnoꝝ desiderijs p̄sentē esse diuinit⁹. Apparuit nāq̄ ad monumētu lugentibus fēminis. Adeſt et nobis eius absentie recordatione salubriter contristatis. Occurrit reuerfētib⁹ a monumen to ut agnita resurrectionis gaudia p̄dicarent. Adeſt et nobis dum bona quē no uim⁹ proximis fideliter annunciare gau demus. Apparuit in fractione panis his qui se peregrinū esse putantes ad hospiti um vocauerunt. Adeſt et nobis cum p̄regrinis et pauperibus quēcūq̄ possim⁹ bona libenter impendimus. Adeſt nobis in fractione panis. cum sacramēta corporis ei⁹ videlicet panis et vini casta ac sim pli consciētia sumim⁹. Apparuit in ab dito d̄ sua resurrectiōe loquētib⁹. Adeſt et nobis modo ei⁹ tōno idē agētib⁹. Adeſt et nobis semper cum ab extrinsecis open bus ad tempus vacantes de cius grā locutiū cōuenimus. Apparuit cum forib⁹ clavis intus iudeorum metu residerent. Apparuit cum minorato eodē metu ap̄tis eum gressib⁹ in montis vertice que rerent. Affuit quondā confortatur⁹ suo spiritu ecclesiam cum ab infidelibus pre meretur. et ad publicum venire ac dilata ri prohiberetur. Adeſt eidem et nunc cum inclinato ad fidem culmine regalit̄ terror quievit persecutionis. et omnis mūdi sublimitas apostolicis est vestigijs ſtrata. Apparuit p̄scantib⁹. eisq̄ ap̄parēs diuinis adiunxit beneficijs. Adeſt et nobis cum necessaria vite temporalis recta intentione curamus. iustisq̄ nostris laboribus subsidium adiungit sue pietatis. Apparuit recumbētib⁹. Adeſt et nobis cum iuxta apostoli monita. sine māducam⁹ sine bibim⁹ sine aliud qd agim⁹ omnia in gloriā dei facimus. Apparuit

## Quartus

C. I.

primo in iudea. deinde in galilea. post h<sup>o</sup> in iudea rursum die quo ascendit i<sup>n</sup> celum. Aderat ecclie cū pmo soli? iudee termino clauderetur. Adest modo. cū iudeis ob culpā p̄fidie terelictis trāsmigravit ad gentes. Aderit in futuro cū ante finem seculi renertent ad iudeam. Et sic aplus ait: Intrate gentium multitudine sic oīs israel saluus erit. Nonissime illis apparuit ascēdēs in celum. Aderit et nobis. cū post mortē ad celos seq̄ meream̄. si an morte eum in bethaniā vnde ascēdit vel in domū obediēt seq̄ curam? Ipse etenī celum ascēsurus bethaniā venit. quia sicut aplus ait: Factus est obediens usq; ad mortē. mortē aut̄ crucis. Propter quod et deus exaltauit illū. Venim̄ ibidem et nos si qd ille monet agim̄. qd pmisit intendimus. Esto ait fidelis usq; ad mortem. et dabo tibi coronā vite. Fitq; ipsi? gratia largiēte ut q nobiscū usq; ad vitē hui? terminū manet. post hāc nos vitam ad videnda secūz vite cœlestis p̄mia subleuet.

De spe resurrectionis nostre p̄ eum future.

Cap. XVIII.

**F**actus ē homo. apparu-  
it i carne. mori dignatus est ex  
voluntate. resurrexit ex potesta-  
te et ostēdit exēplo qd nobis pmisit in p̄-  
mio. Sed fortassis dicat aliquis: Jure  
ille surrexit q cum deus esset a morte te-  
nenō potuit. Ad instruendā ḡ ignorā-  
tiā nostrā. ad roborandā infirmitatem  
nostrā suę resurrectionis exemplū nobis  
sufficere voluit. Mortuus est illo in tpe  
solus et tamē minime surrexit sol?. Nam  
scriptū est: Multa corpora sanctorū q̄ dor-  
mierāt surrexerūt. Ablata sunt oia perfidie  
argumenta. Ne q̄s enī dicat. sperare  
de te nō debet hō non te? qd modo car-  
ne sua exhibuit homo te? Ecce cum deo  
hōies resurrexisse cognoscim̄. et quos fu-  
isse puros hōies nō dubitam̄. Si ergo

mēbra nostri redēptoris sum̄. qd in ca-  
pite gestū cōstat. in nobis p̄sumam̄. Si  
multum nos abūcimus. in nobis sperare  
nos ultima mēbra debemus qd de mem-  
bris ei? superiorib⁹ audim̄. **Beda in**  
**omel.** **S**tetit Jesus. Non ergo si-  
tes resurrectionis Christi nos fallit. nō  
spes resurrectionis nostre nos tecipit. qr  
dens pater. et dominū suscitauit. et nos  
per virtutē suā suscitabit. Ut enī aplus  
ait: Si spiritus eius qui suscitauit Jesū  
a mortuis habitat in nobis vivificabit et  
mortalia corp̄a nostra. ppter inhabitan-  
tem spiritum eius in nobis. Qd vtq; de  
electis specialiter dicit. **Q**uoniam omnes  
quidē resurgemus. s nō omnes immuta-  
bimur. Imo soli qui nūc sancti spirit⁹ in-  
habitatione regunt. tūc in eterne vite be-  
atitudine maiori eiusdē spiritus gratia  
subleuantur. **A**ugustin⁹ in ser-  
mone de resurrectione domini.  
Sicut aut̄ ipsi? morte seminam̄. sic eius-  
dem resurrectione germinam̄. Etenī ipsi-  
us morte significat mors vite nr̄e; aplo  
dicēte: Cōlepulti sum̄. cū illo p baptis-  
mū in morte t̄c. Et iterū. Mortu⁹ est p-  
pter delicta nr̄a et resurrexit. ppter iustifi-  
cationē nostrā. **L**eo papa in ser-  
mone de eodem. Sicut ḡ ostēdit idē  
apostolus. et si cognouimus Christū h̄m  
carnem. sed nunc iā non nouimus. Eius  
nanq; resurrectio non finis carnis fuit. s  
cōmutatio. nec consumpta est substātia  
virtutis augmento: Qualitas transi-  
non natura defecit. Et merito dicit̄ eius  
caro nesciri eo statu quo nota fuerit. qr  
nihil in ea passibile. nihil infirmū remā-  
sit ut ex ipsa sit p̄ essentiam et non sit ipsa  
per gloriam. **Q**uid aut̄ mirum si hoc de  
Christi corpore profiteat apostolus. et qui  
de omnibus christianis spiritualibus di-  
cit: Ita nos ex hoc neminem h̄m carnem  
nouimus. Et hoc inquit in Christo fa-  
ctū est nobis initium resurrectionis no-  
stre. ex quo in eo qui p̄ omnibus mortu-  
us est precessit forma totius spei nostre.  
Nec diffidentia hesitamus. nec incerta-

# Liber

expectatione suspendimur. sed accepto promissionis exordio. fidei oculo q̄ sunt futura iā cernimus. & nec punctione gaudentes qđ credim⁹ inde tenem⁹. Non ḡ nos rex tr̄paliū species occupēt. nec ad se contemplationē nostrā a c̄lestib⁹ terrena deflectēt. p̄ tr̄sactis habeant q̄ ex maxima pte iam nō sunt. & mens int̄ta manus ibi figat desideriū suū. vbi qđ offeratur est ēternū. Nūis enī sp̄e salui faciūmus & corruptibile adhuc carnē mortalemq̄ gestem⁹. recte tñ dicim⁹ in carne nō esse. si carnales nobis nō dñent affectus & merito eius rei deponim⁹ nuncupatioem cui⁹ nō seq̄m̄r voluntatē.

## De argumētis eiusdē Greg⁹. in omel. Cum esset sero Cap. XIX.

**A**lti vero sunt qui dñm carnē in putredinē ossaq̄ i pulu- rem redigi p̄ sepultra conspi- ciunt. repari ex puluere carnē rossa diffi- dunt. sic apud se quasi ratiocin antes di- cunt. Nn ex puluere homo reducit qñ agscit ut quis animet. Quib⁹ breuit̄ re- spondemus. qđ lōge est min⁹ reparare qđ fuit qđ creasse qđ nō fuit. Aut qđ mirum si hominem ex puluere reficit q̄ simul oia ex nibilo creauit. Mirabil⁹ nāq̄ est ce- lum & terrā ex nullis existentib⁹ cōdidisse qđ ipsum hominē ex terra reparare. Sed ci- nis attendit & in carnē redire posse despe- ratur. & diuine operationis virtus cōpre- hendi. quasi ex ratione q̄ritur. Quisq̄ b̄ in suis cogitationib⁹ dicunt. qđ hoc eis q̄ti- diana miracula dei ex assiduitate vilue- runt. Nam ecce in uno grano paruissimi seminis tota latet quē nascitura est arbo- ris moles. Constituam⁹ nāq̄ ante oculos cuiuslibet arboris mirā magnitudinē. Logitemus unde oriendo cepit quē ad tantā molē crescendo puenit. Inuenim⁹ proculdubio ei⁹ originē puissimū semen. Luncta ergo in semine simul latent. quē tamē non simul ex semine p̄deant. Ex se-

dit. de suo est quod donauit. meum esse  
testor q̄ cecidit. vt meum sit q̄ in celum  
ascendit. **Augustinus in sermo-**  
**nē de eodem.** Salvator quippeno-  
ster nō solū prop̄ nos humiliat⁹ ē. b̄ et p̄  
nobis glorificatus est. Carnem etenī no-  
stram quā in terra assump̄t. etiam in ce-  
lum renexit. Nec hominem content⁹ sal-  
uasse. dignatus est etiam glorificare. No-  
norauit namqñ pius dominus limum no-  
strum. et terram nostrā vocauit in celum  
suum. **B**Gregori⁹ vbi supra.  
De hac eius ascensione per Ps. dicit:  
Elevata est magnificētia tua sup̄ celos  
Et iterum: Ascendit deus ī iubilatiōē et  
d̄ns in voce tubē. De bac et Abachuc

ait: Eleuatus est sol. et luna stetit in ordi-  
ne suo. Quis enim solis nomine nisi do-  
minus Iesus; et quis lunę nomine nisi ec-  
clesia designatur? Nempe quousq̄ do-  
minus ad celos ascēdit sancta eius ecclē-  
sia mundi aduersa omnimodo formida-  
uit. At vero postq̄ eius ascensione robo-  
rata est. aperte p̄ēdicauit qd occulte cre-  
didiit. Eleuatus est ergo sol. et luna in or-  
dine suo stetit. quia cum dominus celum  
petit ecclesia sancta in auctoritate p̄ēdi-  
cationis exercuit. **Eusebius vbi**  
**supra.** Itaq̄ super excella celi terrenū  
corp⁹ imponitur. Os̄a inter sepulcri an-  
gustias pauloante conclusa angelorum  
cētibus inseruntur. natura mortalis in-  
greditur. immortalis transfunditur

**D**e modo ascendendi  
Cap. XXXVI.

**C**um hucusq̄ dixisset:  
videntibus illis eleuatus est  
Dum andis eleuatu agnosce  
militię celestis obsequium. Unde festi-  
vitas ista nob̄ manifestat hominis et dei  
sacramenta in eo qui eleuat̄ diuinam po-  
tentiam. in eo qui eleuat̄ humanā agno-  
scē substantiam. Ideoq̄ detestanda sūt  
omnimodo venena orientalis erroris. q̄  
impia nouitate p̄ēsumit asserere filium  
dei ac hominis unius esse nature. In al-  
tera enim parte vel qui solum hominem  
fuisse dixerit. negabit conditoris gloriā.  
vel qui solum deum. negabit redempto-  
ris misericordiam. At vero mortē nec so-  
lus deus sentire nec solus homo potuisset  
superare. Nos ergo nouerimus duplē  
in Christo geminamq̄ substantiam. de  
patre celestem. de matre terrenā. Quasi  
homo dicebat: quia pater maior me est.  
sed quasi deus pronunciabat: Ego et pa-  
ter unum sumus. Quasi homo dicebat:  
Christis est anima mea usq̄ ad mortem.  
Sed quasi deus fiducialiter loquebat:  
Potestatem habeo ponendi animā me-  
am et iterum sumēdi eam. Quasi homo

# Liber

pendebat in cruce. sed quasi deus dona-  
bat regnum celeste. **A**ugustinus in  
sermone. Illud autem quale est quod ascen-  
disse dominum in celos multis presenti-  
bus videntibusque cognoscimus utique ut  
illorum visione nostra certior fides fieret  
Illi enim viderunt ut nos crederemus.  
Illi aspicerunt oculis ut nos animarum  
oculis cerneremus. Et hoc non pauci aut  
viles homines. sed et multi et probatissimi.  
ut hic eorum pluralitas testimonia con-  
firmaret. Bene quoque tunc angelos po-  
pulo astitit scripta memorat ut agno-  
sceremus quod in celum ascendi angelo-  
rum officium occurisset ad terras. **B**e-  
da in omel. Erat homo ex pha-  
riseis. Quia vero predixerat veritas ip-  
sa. Nemo ascendit in celum nisi qui de-  
scendit de celo sic. merito queritur quo-  
modo filius hominis dicitur vel de celo  
descendisse. vel eo tempore quo hic in ter-  
ra loquebatur iam in celo fuisse. Nota est  
enim confessio catholice fidei. quia descendens  
de celo filius dei filium hominis in  
utero virginali suscepit. eumque comple-  
ta dispensatione sua passionis a mortu-  
is resuscitauit et in celum assumpsit. Non  
ergo caro Christi descendit de celo. nec  
an tempus ascensionis erat in celo. Quia  
ergo ratione dicitur. Nemo ascendit sic  
ut quia in duabus naturis est una Christi  
persona. Ideo filius hominis recte di-  
citur ex celo descendisse. et ante passionem  
in celo fuisse. quia quod in sua natura ha-  
bere non potuit. hoc in dei filio a quo as-  
sumptus est habuit. Hinc etiam propter  
unitatem personae dicit P. S. quod ascendit  
deus in iubilatione. Quomodo namque  
deus ascenderet nisi in homine quisemp  
in maiestatis sua nata pseus adest ubique  
**A**ugustinus in sermone viii  
de supra. Vident hoc presentes apo-  
stoli. et paulatim Christum semetipsum  
ad superna tollentem peccatores pavidi  
consequuntur. oculis trepidi mente con-

fusi donec eum ultra nubes serena dies ex-  
cipere. et fulgore coruscо vallatum hu-  
manis aspectibus occultaret

## De ministerio angelorum.

Cap. XXXVII.

**F**rebatur ecce ab ange-  
lis ad indicandum ventura ca-  
ro et poli secreta suscipiunt que  
refundant tenuo. sanctificatur immen-  
sus aer comitatu divino. et ois illa voli-  
tans demonum turba larvalis per auras  
transfugit ascidente Christo. Cum er-  
go iam eum discipuli tanto lumine per-  
territi non videret. et curiosos oculos ra-  
pidum in haccoruscis hiaticibus bebeta-  
ret. cōfestim ex vectoribus angelii duo ti-  
more prostratos verbis talibus consolā-  
tur apostolos. Vix Jesus qui assum-  
ptus est a vobis in celum. sic veniet ma-  
festus quemadmodū nunc super astralol-  
litur preclarus. **I**dem in alio. Sic  
igitur astiterunt ei subito qui confirma-  
rent vidētes. ne forte quod siebat fantas-  
ma putaretur. et ut non solū per eos ascē-  
sus eius contestaretur. verum etiam et ad-  
uentus promitteretur. **L**eo papa  
in sermōe unde supra. Duo inque  
angeli coram ipsis mirabili vestimentū can-  
dore fulgentes astiterunt. qui et eis dire-  
runt. Vix Jesus qui assumptus est a vo-  
bis in celum. sic veniet quemadmodū vi-  
distis eum ascendentem in celum. Qui-  
bus verbis omnes ecclesie filii docebant  
ut ipse Christus. Jesus in eadē in qua ascen-  
derat carne venturus visibilis crederetur  
Nec omnia illi esse subiecta ambigi pos-  
set cui ab ipso corpore nativitatis exor-  
dio famulatus angelicū deserueret. Si-  
cūt enim concipiendū Christum de spiri-  
tu sancto beate virginis Mariæ angelus  
nunciauit. sic et editū de virgine. vox ce-  
lestium pastoribus cecinit. **S**icut resurre

## Quartus

**E**xisse a mortuis supernoꝝ nuncioruꝝ testimonia prima docuerunt. sic ad indicandum mundū in ipsa carne venturum angelorum officia declarant ut intelligemus quātꝝ potestates affuturę sunt cum indicaturo cui tante ministrauerunt etiā indicando.

**G**regorius in omelia de ascensione. Sed querenduꝝ nobis est quid naz sit qꝝ nato domino leguntur angeli apparuisse. non tamen in albis vestibus sicut in eiꝝ ascensione. In vestibus siquidem albis ostenditur gaudium et solennitas mentis. Quid est ergo. qꝝ in albis vestibus apparent angeli ascendentē domino nisi qꝝ magna tunc solennitas angelis facta est quādo celū penetravit deus homo? Nascente quippe domino videbatur diuinitas humiliata. ascendentē vero domino est humitas exaltata. Albe autem vestes exaltationi magis congruunt qꝝ humiliatiōni. In assumptione ergo eius angeli in albis vestibus debuerunt videri. quia qꝝ in natuitate sua apparet deus humilis in ascensione sua ostensus est homo sublimis.

**D**e occurſu celeſtium agminuꝝ cum ammiratiōe. Hieronym⁹ sup Eſa. li. xviiij..

Cap. XXXVIII.

**E**nse est ergo quem potestates angelicę cruentū ascēdere videntes. ceteris angelim perant dicētes. Attollite portas p̄ncipes vestras et eleuamini portę eternales et introibit rex glie. Et audiuit ab eis: Quis est iste rex glorie. Similit̄ in libro Eſaię pp̄het interrogant angeli rei nouitate p̄cussi. Quis ē iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra? Edom enī interpretatur cruentus. Mysteriuꝝ poſſionis fm apostolū cunctis retro generationibus fuerat ignoratū. Angelicus ergo chorus interrogat. quis sit iste qui de terra cruentus adueniat. **A**ugusti.

nus i sermone vnde supra. **N**imirum in eius ascensiū panet omne celū. mirantur aſtra. confestim ille fulmineus occurrit celeſtis exercitus. Vident regē ſuum per niueꝝ carnis tunica carnis manubias reportare. et hoſte tebellato hominem in ſupna conſcedere. agnoscunt in ccatricibꝝ belloꝝ signa. adorant in carne vulnera iam ſanata. vbi nibil peccati macula traxerat. nec quippiā ſue virulen‐tie grauid' ille venenis draco vomuerat. Serpēs enī i petra uestigiuꝝ ſcriptū eſt figere non valebat. tuba plaudūt. agmina celi ſonant. blando modulamie cho‐ri. **S**ic etenī ſcriptū eſt: **A**scēdit deꝝ in in‐bilatione et dñs in voce tube. **L**ic ḡ ita resonant alternis interſe carminibꝝ obſequia leta. **T**ollite portas p̄ncipes v̄tas. et eleuamini portę eternales et introibit rex glie. **O**rnat⁹ ascēdebat cruor fulgore p‐fulis et tropheis vicitribus phaleratus. Vident celeſtes cūctis ſpecioliū vulneribus Christum ſpolia te caſtris reportare tyrañici. et vexilla fulgētis dinię v̄tuſ ad mirātes talibꝝ cōcrepātes hymnis dicūt letātes. **Q**uis ē iſte rex glie? **H**ic ē ille ca‐didus et roſe cōpunctus a multitudine. **H**ic eſt ille q̄ nō habuit ſpeciez neq; te‐corem. viliſ in corpusculo. armat⁹ in p‐lio. fedus in morte. pulcer in resurrectio‐ne. cādidiſ ex virgineo. rubeus in cruce. fuscus in opprobrio. clar⁹ in celo. **Q**n id fratres qnilipiā noſcet ut deꝝ lateret i car‐ne. maiestas habitaret in corpe. et ita in mūdo gereret plū vti ipſum corp⁹ poſt ſe‐pulcrū lenaret in celū.

**D**e ianuę celi optione et ad de‐xterā cōfessione

Cap. XXXIX.

**A**ndit⁹ ecce confestim ſplēdīd' ille ſenat⁹ tot⁹ celeſtibꝝ regnis ſoluit. Imis nāq; lara cardinibꝝ regia dei aula reſerat. vndiq; ſiderei repagula celi atq; astriferi orbi arcana ſoluta penit⁹ ꝑpage ſoluunt̄

# Liber

**R**ecessit in geminā partē ether diuisus.  
et lactea ardua celi stelligera cōscissis pe-  
penderunt marginibus fit ubiqz sine ce-  
lo dies unus. et claris titubat natura ful-  
goribus. **R**ecepit ergo se intra velamina  
nota diuina maiestas. cum carne didicit  
celum hominē portare. atqz sub pedibus  
**C**hristi famulantia ethera iacuere. **E**cce  
nunc porta patet qua3 Adam clauerat.  
claustrum reseratū est qd celo iniquitas  
fixerat. **S**i quis ergo spreta perfidie ca-  
ligine p̄ceptis eius ac iussis totis visi-  
bus obtemperare voluerit celi paradi-  
siqz ianuas securus intrabit. **I**tem  
ex sermōe vnde supra. **H**ec ergo  
fratres esuriamus. h̄ec sitiamus. quoniā  
ad hoc pontifex summus pro nobis p̄cur-  
sor in vera sancta sanctoꝝ introiuit. et ad  
dexteram patris consedet ut membrorū  
suorum confirmaret spem. eovidelicet se-  
culturam gregis humilitatē. quo suū cre-  
dit p̄cessisse pastorem. **S**ic enim disci-  
pulis promisit et ipse. Ubicunqz inquit  
fuerit corpus ibi congregabunt et aqui-  
le. Aquilas vocat sanctos q̄ cupiunt dis-  
solui et esse cu3 Christo. Fertur enī aqui-  
larum esse naturam ultra mare odoratu  
suo cadavera sentire. et eo celeri volatu  
suo ad saturandā esuriem suā festinare.  
**H**ec ergo aquilarum esuries desideriū  
sanctaz signat animarum. que caput su-  
um extra mundi turbines in summa qui-  
ete locatum fidei naribus sentientes. spei  
volatu p̄sentis conditoris vellent assi-  
stere. et a sacietate vult eius sine fine gau-  
dere. **H**ec quippe solennitatis huius est  
ratio ut Christum ad dexterā patris iaz  
regnare credamus ut interim eum quasi  
geminis virtutū alis charitatis scz et spei  
subsequamur. ut cum tradiderit regnum  
deo et patri. cum eo sine fine regnemus  
**G**regorius vbi supra. Consi-  
derandum vero nobis est. quid ē q̄ Mar-  
cus dicit eum a dextris dei sedentē. Ste-  
phanus vero stantez. Sed scitis fratres  
q̄ sedere iudicantis est. stare nō pugnā-  
tis vel innantis. **Q**uia ergo redemptor

noster assumptus in celum et nūc omnia  
iudicat. et ad extremum index omniū re-  
niet. **H**inc post assumptionem a Marco  
sedere describitur. quia post ascensionis  
sue gloriam index ī fine videbitur. **S**te-  
phanus vero in labore certaminis posit  
stante vidit quem adiutorem habuit. q̄  
ut iste in terra persecutorum infidelitate  
vinceret. pro illo de celo illius gratia pu-  
gnavit.

**D**e saltibus sponsi. i. descensu  
et ascensu et redditu  
Cap. XL.

**D**ebet etiam eius ascen-  
sione per salomonē dicit ecclie  
voce. Ecce iste veniet saliens in  
montibus. transiliēs colles. **D**um etenī  
ad redemptionē nostraꝝ dei filius venit  
quosdam ut ita dixerim salt⁹ dedit. **D**e  
celo quippe venit in vterū. de vtero in p̄-  
sepium. de p̄sepi venit in crucem. de cru-  
ce descendit in sepulcrū. de sepulcro re-  
diit in celum. **I**tem ex ser. vnde  
supra. Descendit primo Christ⁹ ut no-  
stre p̄ticeps fieret nature. postremo ascen-  
dit ut sine nos faceret p̄ticeps glīz. De-  
scendens tempali cōuersatione. quasi la-  
ctauit infantes miraculī visibilīb⁹. **A**scē-  
dens dedit dona hominib⁹ quib⁹ eruditī  
et quasi in virile robur educati. iam tpalē  
eius visionem non appeterent. sed q̄ eos  
p̄cesserat toto. eū desiderio seq̄ studerēt.  
**F**ulgeti?. Homo nāqz dñi p̄tem-  
nēs a deo discessit. de hominē diligens  
ad hoīes venit. et intantū humanā natu-  
rā dilexit ut eā nō solū a potestate diabo-  
li liberaret. ver̄ etiā in scipso sup oēs an-  
gelos in pris dextera collocaret. **N**atura  
enī q̄ in hoīe p̄mo captiuata fuerat a ma-  
lo angelo: nunc ī hoīe secūdo sup bonos  
angelos regnat. **H**ugo vbi s. Ita  
sursum et deorsuz p̄git sapia a fine usqz  
ad finem fortiter. si altitudinem respicis  
nemo Christo sublimior. si teiectio-  
nem nemo humilior. **F**ilius erat et fact⁹

## Quartus

est seruus. et accepit non solum conditiones  
fui ut libesset. sed etiam mali fui ut vapula-  
ret et amplius ut solueret penam quam non  
rapuerat per culpam. Descendens non reliquit  
ultra quo humiliaretur. Ascendens non reli-  
quit ultra quo exaltaretur. **Aug.** i ser-  
mone vñ S. Itaque dominus et salvatores  
nostrorum Iesum christum credimus per nos de-  
tem in ligno. nunc credimus iam sedentes  
in celo. Precium nostrum dedit cum penderet  
in ligno. collegit quos redemit cum sedit in  
celo. Cum enim oes collegit quos utique per  
tempora colligit. in fine temporis veniens ipse resti-  
tuet. Et quoniam scriptum est: Deus manifeste  
veniet non quemadmodum primus venit oc-  
cultus. sed sicut dictum est manifestus. Oculum  
enim oportebat christum venire ut per  
pter nos indicaret. manifestus autem veni-  
et ut iam non iudiceret. sed ut ab hominibus  
iudex videatur. Si enim per nos manifestus ve-  
niret iudicare. quod enim anderet tenere. nisi  
ille humiliter veniret nullum nostrum redime-  
ret. nisi ille moreretur. nullum nostrum redime-  
retur. quoniam quidem de ipso dicit apostolus Paulus: Si enim cognouissent nunc dominum glorie  
crucifixissent. sed si ille non occideretur mors  
non moreretur.

**D**e ascensiū ei⁹ quotidiano in  
membris suis. **Beda in omel.**  
**Erat homo et phariseus.**  
**Cap. XL I.**

**Q**uierendū est autem quō  
dictū sit. Et nemo ascēdit in ce-  
lum nisi quod descendit de celo. Cum  
omnes electi veraciter cōfidant se resurre-  
cturos ascēturos in celum. permittete sibi  
domini: Quia ubi sum ego illuc et minister  
meus erit. Cuius tamen questionis nondū aper-  
tissima ratio soluit. quia videlicet medi-  
ator dei et hominum homo christus Iesus  
elector omnium est caput. Itēque omnes  
electi eiusdem capitū membra sunt dicente  
apolo: Vos enim estis corporis Christi et mem-  
bra de membro. Nemo ergo ascēdit in celum  
nisi qui descendit de celo filius hominis qui

est in celo. **N**ō est aperte dicere: Nemo  
ascendit in celum nisi Christus in corpore suo  
quod est ecclesia. Qui in seipso per misericordiam  
clementib⁹ aplis eminentiorib⁹ numerum  
membris suis ascendit. et exinde in mem-  
bris suis quotidie ascendens in celum se col-  
igit. **H**inc est enim quod ipsum corpus eius in-  
ter aduersa presentis seculi reprehensionis glo-  
riatur et dicit: **N**unc autem exaltavit cap-  
ut meum super inimicos meos. ac si aperte  
dicat: Qui occisum a iudeis Christum cap-  
ut videlicet meum a mortuis suscitauit.  
ac frustratis omnibus inimicorum insidijs in  
celum sublevauit. etiam me spero de presen-  
tibus periculis eruens meo capiti ingat  
in regno. **Q**uia ergo nemo ascēdit in ce-  
lum nisi qui descendit de celo. quisquis in  
celum ascendere desiderat ei qui descendit  
de celo et est in celo. se vera fidei dilec-  
tionis unitate coniungat. aperte intelli-  
gens. quia nullo alio ordine nisi per eum  
qui descendit de celo potest in celum ascen-  
dere. **V**nde alias ait ipse: Nemo venit  
ad patrem nisi per me. **Hieronym⁹**  
**sup Amos.** Ipse est ergo iuxta prophetam  
qui edificat in celo ascensionē suam  
**Quotidie namque credentes et membra sui**  
corporis edificat. et de terris ad celum ele-  
uat. ut in eis ipse ascendat. Ascendit do-  
minus cum Enoch. ascendit cum Helia.  
cum Noe ascendit cuius sepulture locus  
quod in celum ascenderat innuiri non potuit.  
Ascendit et cum Paulo qui de persecutore  
in apostolū est mutatus. et de humilibus in  
sublimia raptus. ita ut iterum tertium celum  
ascenderet et per filium a spiritu sanctum  
ad patrem perveniret. verbaque ineffabilia  
mysterij trinitatis audiret: **E**t fasciculus  
super terram fundauit. **D**e quo ipsem  
in euangelio dicit: Nolite timere pusilli  
greci. quia placuit patri vestro dare vos  
regnum. **M**eo papa in sermone  
**Vnde S.** Nam ergo Christi ascensio no-  
stra est pueratio. et quo processit gloria capitū  
eo spes vocat et corporis. **D**ignis charissi-  
mi gaudijs exultemus. et pia gratiarum  
actione letemur. **H**ac die quippe non

# Liber

solum paradisi possessores firmati sumus. sed etiam celorum in Christo supnos penetravimus. adepti ampliora per ineffabilem Christi gratiam. quam per diaboli amiseram inuidiam. nam quos virulentus inimicus perdidit. habita culi felicitate deiecit. eos sibi corporatos dei filii ad patris tertiā collocauit. **H**oc regum in omniel de ascensione. Dominus inquit Jesus Christus postquam locutus est eis assumptus est in celis.

## De excellentia ascensionis eius in compatione aliorum sanctorum Cap. XLII.

**E**n veteri testamento legimus. quod Elias sit raptus in celum. sed aliud est in aereum. aliud ethereum. Ceterum quippe aereum est terra proximum. In celum igit aereum Elias raptus est ut in se certa quadam terrae regione duceretur ubi iam magis carnis et spiritus quiete viveret quicquid ad finem mundi redeat et mortis debitum soluat. Ille enim mortem distulit non evasit. Redemptor autem noster quod non distulit superauit. eaque resurgendo consumpsit. et resurrectionis sue gloriam ascensione declaravit. Notandum quod est quod Elias in curru legitur ascendiisse ut videlicet hoc apte purum ostendaret quoniam adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe illa facta et ostensa sunt adiumenta. quod nec ad celum quidem aereum per se ascendere poterat. quem naturam suam infirmitas gravabat. Redemptor autem non non curru non angelis sublevatus legitur quod is qui fecerat ova nimis super ova sua virtute ferebat. Illuc enim revertebatur ybi erat. et inde redibat ybi remanebat. quod cum per humanitatem ascenderet in celum. per divinitatem suam et terram paniter continebat et celum. Sicut autem Joseph a fratribus reditus venditione redemptoris nostri figurauit. sic Enoch translatus. atque ad celum aereum. Elias sublevatus ascensione dominica designauit. Ascensionis gaudium dominus pronuncios et testes habuit. unum an legem. alium sub lege. ut quoniam veniret ipse qui veraciter celos pene-

trare potuisset. Unde et ipse orto in eorum quod utrumque sublevatio per quedam incrementa distinguitur. Nam Enoch translatus. Elias vero ad celum subiectus esse memoratur. ut postmodum veniret quod nec translatus nec sublevatus celum ethereum sua virtute penetret. qui nobis in se creditibus carnis quod mundiciam largiret. et sub eo per incrementa temporum virtus castitatis ex crescere. In ipsa quoque eorum translatione quod ascensionem dominicam ut videlicet famuli designarentur. et in ipso se qui ad celum ascendit dominus ostendit. Nam Enoch quidem uxore et filios habuit. Elias vero neque uxorem neque filios habuisse legitur. Penseste ergo quomodo per incrementa creuerit mundiciae sanctitatis. quod patet ostendit et per translatos famulos et per domini gloriam ascendentis. Translatus namque est Enoch et per coitum genitus et per coitum generans. Raptus est Elias per coitum generans. Assumptus vero est dominus neque per coitum generans neque per coitum generatus.

## De gaudio ascensionis Leo papae in ser. de eodem. Cap. XLIII.

**S**icut ergo in solennitate pascali resurrectio nobis domini causa fuit letadi. ita ascensio eius in celum presentium nobis est magna gaudiorum. illum die recolentibus et rite venerantibus quo naturae nostrae humilitas in Christo super omnem militiam celi. super omnes ordines angelorum. et ultra cunctarum altitudinem potestatum ad dei patris est proiecta confessum. Quo ordine diuinorum operum nos fundati. nos edificati sumus. ut mirabilior de gratia fieret cum remotis a conspectu hominum quod merito reverentia sua sentiebant invadere. fides non diffideret. spes non fluctaret. charitas non teperet. Idee in alio de eodem. Et revera magis et ineffabilis erat causa gaudendi cum in prospectu sancte

# Quartus

m̄titudinis sup̄ oīuz c̄lestiū dignitatē humani generis natura p̄scēderet. angelicos ordines sup̄gressura. et ultra archangelorum altitudinē elevāda. nec ullis s̄b limitatib⁹ modū suę prouectionis iturā nisi eterni p̄ris recepta cōfessu illi⁹ gl̄ie sociaret in throno. cui⁹ nature copulat in filio. **I**de in alio. Itaqz dilectissimi gāndio sp̄nali exultem⁹. et dīg apud dñm orōne letātes libros cordis oculos ad illā altitudinē in qua Christ⁹ ē erigamus. Sursum vocatos aīos desideria terrena nō deprimāt ad eterna p̄electorum p̄itura nō occupēt i viā trinitati ingressos fallaces illecebre nō retardēt. Et ita a fidelib⁹ hēc tp̄alia decurrant ut p̄regrinari se in hac mūdi valle p̄gnoscāt. in qua etiā si quedā cōmoda blandiunt nec amplectēda nequie. b̄ trāseunda sunt fortiter.

**D**e celebrāda eius solēnitate. Aug⁹. in sermone de eodem.  
Cap. XL III.

**H**itaqz die dñice ascēsiōnis induitū et regale mysteriū q̄ Christ⁹ carnē leuauit ad celū totus mūd⁹ canit ac triūphos dñi sui festis gaudijs agit. q̄ erexit a terra in opē et de stercore exaltās pauperē. eū q̄ leuauit ad patrē victor mūdi. victor diaboli. victor inferni. absqz lesura potētie vulnē ratus. a multitudine victimar̄ in cruce. expleuit arcanū p̄ boīs liberatione consiliū. ita ut quasi vīct⁹ veniret ad tumulum. Sz extulit se diu celata maiestas. atqz occisum hominē ab inferi reduxit in columē et cōtinuo pdixit ad suę gl̄e sedē. Quis enī illuc posset ascēdere et ethereos demones trāsire nisi ille sol⁹ q̄ peccatum nullaten⁹ potuit habere? Crux gilla non obfuit b̄ pfuit. q̄ et nob̄ Christ⁹ vicit. et ipse in ea sup̄ari nō potuit. Nō sepulcrā nō inferi victricē domuerūt carnē. Expedit de p̄ boīe qd̄ decreuerat. et rapuit qd̄ solebat. **I**de in ser. de eodem.

**H**ac ḡ die Christi victoria cōplef. hac die triūphalia vexilla ei⁹ eriguntur. De spoliatione sua dolet cū p̄ncipe suo tartarus. de restauratione dāni sui gaudet cōfēstis exercit⁹. **H**ac die caro illa q̄ de terris sublenata est. ad tēxterā p̄ris collata est. q̄ omni creature p̄lata est. et oīs p̄ncipatus et potestas an̄ eā incurvata ē. **H**ac die via noua de q̄ dicit apl̄s nob̄ initiatā est; q̄ p̄ carnē Christi adit⁹ celi quem nulla p̄lus caro trāsierat reserat⁹ est. quā adhuc viuentē idē apl̄us dicit; q̄ membris Christi suo tpe p̄ eandeꝝ intraturis p̄parata est. **H**ac die apertio libri perfetta est quē nemo potuit apire nisi agn⁹ q̄ occisus est. qm̄ sacramēta ei⁹ reuelata sūt cū ea q̄ in lege et prophetis inueniunt de Christo p̄lūmata disp̄satione humanitatis ei⁹ hodie cōpleta sunt. **A**ug⁹. in ser. vnde s̄. Eque est igit ut oīs eccl̄ia hac die exultet i terris. quā dñs hac die leuauit in celis. **H**reg⁹. nazāzen⁹ d̄nati. dñi. Lerte ḥtutes cēlestes parit i bac solēnitate glānt nobiscū. diligūt enī et boīes et deū. **A**n̄ David inducit cēlestes ḥtutes ascēsionē dñi ad celos comitantes. alias q̄z in occurſū veniētes et portarū allēuationē sibi in luce iungētes in honore regi et magnifico p̄lio cū triūpho redeuntis

**D**e compatiōehui⁹ diei ad diem pasce. Aug⁹. in ser. vnde s̄.  
Cap. LXV.

**Q**uoniam igit̄ dominii nostri Iesu Christi gl̄ificatio q̄ innotuit resurgēdo. cōpleta ē boīdie in celis ascēdendo. sicut resurrectiōis diem ipsius pasce dominico celebravimus sic et ipsius ascensionis diem hac die celebramus. Festus quippe nob̄ vterqz dies illuxit. quoniā ideo resurrexit ut nob̄ exemplū resurrectionis ostenderet. et ideo in celum ascendit. ut nos de super sua misericordia p̄tegeret Christi. n̄. resurrectio cūctoz ē p̄ploꝝ redēptio. Ergo saluator

# Liber

rediniū corp<sup>o</sup> assumpsit. et inter florētes arbores. inter candētia lilia. carnē iā mor tuā resolorere fecit. **S**i quidē et oēs de se pulcris suis resuscitati sunt. ut cūcta vi rentia que videm⁹ aīo redeente qđammodo resurgat. **S**ic etenī post rigorib⁹ hyemalis rigidā qđammodo sepulturā elemēta oīa festinat pullulare. ut resurgēte domino videant⁹ et ipsa resurgere. **N**ā vtiq⁹ et ipsi⁹ dñi Jesu christi resurrectiōe ē aer salubrior. solq⁹ calidior. terra secundior. **E**x eo surcul⁹ virescit in frutice. herba crescit in segete. vinea letat⁹ i palmitē. **D**i g in florib⁹ oīa vestiūnē cū florescit Christi caro. necesse est ut hō credat se esse resurrectu⁹ et alioq⁹. **F**loruit nempe dñs cu⁹ de tumulo surrexit. fructificat autē cū in celū ascēdit. **E**tenī ascēdens in celū ad p̄iem sc̄ fructū sūc carnis reportauit. et ipse in se p̄ spēm nostrā nos collocauit. et i discipulis iusticie semina tereliquit. **I**n resurrectione nāq⁹ Christi tartar⁹ apitur. neophyti ecclie sūnu suscipiunt. terra innouatur. celū p̄ spūm sanctū reserat. **A**pto enī tartaro mortui redeant ad viventes. innouata terra germinat resurgētes. reseratū celū suscipit ascēdētes. sanctoz corda i grediunt in sanctā civitatē. **I**taq⁹ dñm et saluatorē nostrū Jesu christū credimus p̄us pen dentē in ligno. nūc credim⁹ iam sedentē in celo. p̄ciū nostrū dedit cū p̄deret in ligno. collegit q̄s redemit cū sedit i celo.

**D**e compatione eiusdē diei ad diē natalis dñi. Idē in alio de eodem. **L**ap. XLV I.

**O** Eniq⁹ quō non magne celebritatis dies ceteros p̄cellat occurru ad ecclesiā cōcurrentiū cū p̄cellat p̄ilegio gaudioz. **V**n nāq⁹ minor hēc dies habēdus est p̄uetus atq⁹ festivitat̄. q̄ illustris ille dies dñici natalis. **I**lle siquidē dies saluatorē nostrū in terris dedit. hic celo reddidit. **I**n illo domin⁹ vere hō esse dignat⁹ est. in hō se vere dñi eē p̄fessus ē. **I**n illo grām dignatissi me humilitatis. in hoc fidē afferuit indu

bitatē maiestatis. **I**n illo p̄ginalis vte ri. in hō celestis claustra reseravit throni. **I**n illo descēdit nos redēpturus. in hoc ascēdit pro nobis interpellatur. **I**n illo est a p̄re missus. in hoc receptus. licet nec tunc patrē deseruit cū nobis affuit. et ita terram visitauerit ut celū nō deseruerit. **I**nsigni ergo ac p̄cipua festinitate pro sequēdus est dies iste charissimi. q̄ nob̄ **J**esum approbavit redemptorē nostrū. quē p̄fitemur dñi. qui cū in celū ascēdit. etiā se de celo descēdisse declarauit. **N**emo enī in celū ascendit nisi fili⁹ bois q̄ de celo descēdit. **E**t qm occultus fuerat ei⁹ in terrā descensus. voluit ut manifestus esset ascēsus. **D**ū enī fidelū saluti redēptor̄ pius cōsuluit. recte. p̄spexit. ut q̄. ppter nos boles apparuerat ei⁹ infirmitas. in hac die ei⁹ fieret manifesta divinitas. ut quē rex fuisse hominē et dñi agnosceremus; vtrūq⁹ autē sc̄ descēsum et ascēsum multo an̄. pp̄beta p̄dixerat futur⁹ dicens: A summo celo egressio ei⁹ et occur sus ei⁹ vslq⁹ ad summū ei⁹. **I**dem i alio. **N**ec p̄terereundū videt q̄ cōsulis ad modū dñicē ascēsionis est honor do minicē nativitas. **N**ascituro etenī Christo Gabriel angelus mittitur. et nunc angelī domino ascēdente mittūt. **L**ūc stela indicat natūtū. nūc nubes suscipit reuer tentem. **T**unc angeli psallebant i celis. nunc testant̄ in terris. **T**unc pastores audiunt. nunc populos intuetur. **L**ūc mun eribus magi adorant. nunc visu apostoli prosequuntur. **S**icut ergo tunc nascente domino honoris sacri testimonia non defuerunt. ita eo ascēdētē nō desunt ad confirmandam vtiq⁹ fidē generis humani. ut quem acceperant boles in carne na scētē. eundē videret in maiestate ascēdētē. **A**d celum ergo rediit vnde descendit. **R**edijt quidez ad supernos. sed tamen iam iamq⁹ redditurns est ad nos. **S**ic enim et angeli dixerunt aplis: **S**ic veniet quēadmodum vidistis eum eun tem in celum. **I**taq⁹ si redditū credimus eum. nos expectare debemus. ne sic nos

# Quartus

Cli

cōprehēdat adūet⁹ illi⁹. nō suspicātes. si-  
cōut cōprehēdit nūc castigatio delinquen-  
tes. Coertio nāqz p̄sēntiū imaginē in se  
habat futuroz. Lauēdū est ḡne si in p̄sē-  
nti verbere nō corrigunt futura seueri-  
tate dāmmēntur.

**D**e desiderio ac spe resurrectio-  
nis nostrę. Ex ser. vñ s.

Lap. XLVII.

**Q**uia ergo t̄p̄ ali p̄esen-  
tia Christi indicati sumus ad  
eternā ei⁹ visionē tota intentio-  
ne festinem⁹ eiqz dicam⁹: Tibi dixit cor-  
mē⁹. q̄s̄uit te vult⁹ mea. vult⁹ tu⁹ dñe  
req̄a. Lota nāqz disp̄satio h̄umanitatis  
Christi nihil aliud intēdit. nihil alind fe-  
cit. nisi vt intentionē nostrā ad supna di-  
rigeret. Et expleto tpe nře immortalita-  
tis ad manifestā visionē sui p̄ducet. ac  
p̄ductos eterna vult⁹ sui gl̄ia faciat. qz  
testāte aplo: Videbim⁹ enī sicuti ē. Vñ  
ps̄. dicit: Satiator cū manifestabit⁹ gl̄ia  
tua. Aug. in ser. de eodē. Qm̄ ḡ  
saluator in celū ascēdit charissimi. ascen-  
damus cū Christo interim corde. vt cuz  
dies ei⁹ aduenerit sequās̄ z corpe. Sa-  
retn̄ debem⁹. qz nō ascēdit supbia. non  
auaricia. non luxuria cū Christo. nullqz  
vitii nostri ascēdit cū medico nřo. Nōqz  
si post enī desideram⁹ ascēdere. debemus  
vitia vel peccata q̄ quasi q̄busdā cōpedi-  
bus nos p̄munt deponere. Resurrectio  
Christi spes nřa est. ascēsio dñi glorifica-  
tio nřa est. Si ḡ recte ac fideliter z teno-  
te sancte ac pie ascēsionē ei⁹ celebramus.  
ascēdamus cū illo z corda suis habe-  
mus. ascēdentes aut̄ nō extollam⁹. nec de  
nostris quasi p̄prijs meritis p̄sumamus.  
Debet⁹ enī corda h̄re sursum. b̄ ad do-  
minū vt nō sit supbia b̄ refugiu. Vide-  
temagnū fratres miraculū: Alt⁹ est de-  
erigis te z fugit a te. humilia te z descen-  
dit ad te. Quare? qz excelsus est z humi-  
lia respicit. z alta a lōge cognoscit. humilia  
de primo respicit vt attollat. alta. i. sup-  
ba a lōge cognoscit vt dep̄mat. Ell-

sebi⁹ cesarien̄. in ser. de eodē.  
In illo itaqz nr̄i generis h̄oie mors Christi  
nos vivificauit. resurrectio nos erexit  
ascēsio cōsecravit vt in illo die nr̄i origi-  
nis corpe celestib⁹ regnis arrā nře cōdi-  
tionis imposuit. Elaboremus ḡ charissi-  
mi vt quēadmodū dñs in bac die nřo  
cū corpe ad supna cōscēdit. ita nos post  
illū q̄ possum⁹ spe ascēdam⁹. z corde seq̄-  
mur ipsum affectu pariter z profectu.

**H**reg⁹. i omel. vñ s. Hec itaqz  
vobiscū fr̄s agite. h̄ec i mēte sedula cogi-  
tatione versate. z q̄uis ad hec rex p̄tur-  
bationib⁹ anim⁹ fluctuet. iam tñ spei no-  
stre anchorā in eternū patriā figite. intē-  
tionē mētis i vera luce solidate. Ecce ad  
celū ascēdisse dñm audiuim⁹. H̄ ḡ serue-  
mus in meditatione qđ credim⁹. z si ad-  
huc hic tenemur infirmitate corporis. seq̄-  
mur tñ enī passib⁹ amoris. Nō aut̄ desu-  
terū nostri deseret ipse qui dedit.

**D**e aduētu sp̄ūssanciū i die pē-  
the. Hugo in li. opusculorū.

Lap. LXVIII.

**P**orro ante q̄ sp̄ūssanciū  
ad hominū corda veniret. non  
potuit dici p̄sumatū est. Pro-  
pter hoc enī facta sunt oia. q̄ vel in nati-  
uitate vel passione sunt facta sine in cōte-  
ris omnib⁹ q̄ verbū incarnatū visibiliter  
opatū ē. ad repationē hom̄i vt b̄ suū ad  
qđ condit⁹ fuerat h̄o recipet bonū sine q̄  
nihil. p̄fuit cū q̄ nihil defuit. Exser.  
de penthe. Et ppter ea in b̄ cōsumata  
sunt oia. Itaqz post miracula tāta signoz  
post cōfracta vincula inferoz. post cōtri-  
tū mundū cū suis artib⁹ inimicū. post in-  
clytū regalēqz ascēsiois tropheū. sidereo  
pueci⁹ a throno sp̄ūssanti aploz pecto-  
ra vt fulgur inuisibilit̄ penetravit. z igne-  
am parās vniuersiūqz sibi i. v̄tice sedē  
i curia pectori vt diuin⁹ artifex radianuit.  
Ipse inqz sp̄ūssanciū p̄fī z filio coetern⁹  
gibrea pcedēs ab aula igniferis ſe flati-  
bus ventoz per apostolos circumfudit.  
spiritualisqz pulcritudo diuinitatis ita

# Liber

secretæ aīē penetravit. sicut primi innisi-  
biliter veniēs p ianuas auris ītranit vbi  
virgineo in vtero hominē fabricauit. ex  
sacrario ḥo cordis eoz diuersas pcedere  
linguas fecit nouū miraculi gen⁹. nouū  
sanctificationis signū **Aug.** in ser-  
mone d eodē. Christ⁹ nēpe post decē  
dies ascēsiōis suj̄ celū pollicitatiōis suę  
nō īmemor misit sp̄m scum. q̄ impleti sūt  
pri⁹ cētū viginti q̄ sil̄ cōgregati erāt. ean  
demq̄ promissionē dñi fideliter expecta-  
bant **I**dē in alio d eodē. Dix-  
erat enī vt essent in ciuitate quousq; indu-  
erent virtute ex alto. Ego inq̄ i vos mit-  
tam pmissionē meā. Fidelis pmissor. be-  
nignus dator. q̄ qd̄ cū hic ī terra esset in  
carne existens. pmissit. in celū ascēdit et mi-  
sit **E**x sermone vnde s. V̄era  
maiestas in pncipio. et anteq̄ seculū fa-  
ceres sup obscuras aq̄s tu tibi niuali can-  
doze fulgebas; nunc vero in apostolorū  
animas et corpora igneo fulgore coruscas.  
Olim nempe p ppheta dictū erat: Effū-  
dam de spū meo sup omnē carnē. Et ali-  
bi: Emite spūm tuū et creabunt̄ et reno-  
uab faciē terrę. Vere nūc nouā ē nr̄i cor-  
poris terra. dum spūalis in nobis fructi-  
ficat in mundo doctrina. Lessauere iam  
pristina mysteria organoz. obsurduit so-  
nitus cymbaloꝝ. q̄ in ecclia Christi dul-  
cis resonat sonus hymnoꝝ. Actet itaq̄  
omnis terra. quia dñs noster coetern⁹ pa-  
tri in secula magna fecit et facit miracu-  
la: Inferoz vincula cōfregit. volans su-  
per pēnas vētoꝝ. celi et ardua petijt. et no-  
bis sicut promiserat spūm sanctū misit.

**D**e pcessione illius a patre et fi-  
lio. Beda in omel. **S**ū venerit  
paraclitus **C**ap. XLIX

**A**ntandū aut̄ q̄ domin⁹  
eundē spūm sanctū sc̄ veritat̄  
et a se mittendū esse predit̄. et  
eundē mox a patre procedere subiungit.  
non q̄ idē spūs aliter a p̄e procedit. q̄  
cum a filio mittit. aut alio tpe a patre p-

cedit q̄ cū a filio mittit. sed ideo fili⁹ cū  
a se mitti et a patre dicit pcedere vt alia  
patris. alia suā psonā esse designet. atq̄  
in eadē distinctiōe psonaz vna esse ope-  
rationē ac voluntatē suā cū patris volū-  
tate et opatione tenūcet. Cū enī eiusdē  
spūs gratia dat hominib⁹. mittitur p̄o-  
fecto lp̄us a patre. mittit̄ et a filio. proce-  
dit a patre. pcedit et a filio. q̄ et ei⁹ missio  
est ipsa processio qua ex patre pcedit et  
filio. venit et sua sponte. q̄ sicut coequal  
est patri et filio. sic eandē habet volunta-  
tem cōmunē cum p̄e et filio **Aug.**  
cōtra sermone arrianorū. Pa-  
raclitus nempe spūssanc⁹ quē mittet p̄  
in nomine meo ait fili⁹: Nec enī pater  
misit eū sine filio. nec fili⁹ sine pater. s̄ pa-  
riter ambo. Solus p̄ nō legitur missus  
q̄ solus nō habet auctorē a quo sit geni-  
tus vel a quo pcedat. Et ideo nō ppter  
nature diuersitatē q̄ ī trinitate nulla esse  
cognoscit. s̄ ppter ipsaz auctoritatē sol⁹  
pater missus nō dicit. Nec enī splendor  
ac feruor ignem. s̄ ignis vtrūq; mittit vi-  
telicet sive splendorez sive feruorem.

**I**dē ad horosiu. Porro spūm-  
sanctū fides certa declarat. nec ingenitū  
nec genitū. Nā si dixerim⁹ ingenitū. du-  
ospatres affirmare videbimur. Si ḥo  
genitū. dnos filios credere culpamur

**R**ich. de trinitate li. vi. Recte  
ergo spūssanc⁹ genit⁹ nō dicit ne filius  
esse putetur. Nec tamē ingenitus dicit.  
ne aliunde originē habere neget. Nomē  
quippe geniti qn̄q̄ strictius accipit. Nō  
enī omnib⁹ q̄ gignere vel gigni dicimus  
eadem germanitatis vocabula attribui-  
mus. Nam florē gignit. nec tñ ille pat-  
hic vel fili⁹ dici cōsuevit. Vermis ex fru-  
ctu gignit. nec tamē hic genitor. ille hu⁹  
genit⁹ nominat. Generatio aut̄ qn̄ lar-  
ge accipitur nihil aliud esse videt̄ q̄ p-  
ductio existētis te existēte s̄m opationē  
nature. Qm̄ igit̄ pductio spūssanci tal  
non est vt debat dici filius. merito qdē  
nō dicit⁹ genit⁹. s̄ q̄ ei⁹ pcessio s̄m nat̄e  
pductionē est. nō debuit dici ingenit⁹.

## Quartus

**D**e vnitate ipsius cū patre & filio. Leo papain ser. vbi s.  
Cap. L.

**A**nquid vero ab omnipotenti patris & filij discreta est maiestas spūssanci? Una est ibi benignitas misericordie. una est censura iusticie. nec aliquid est in actione diuisum ubi nihil est in voluntate diuersorum. Quicq; alia sit persona missi. alia mittentis. alia permittentis. Simul nobis & unitas manifestat & trinitas ut essentia habet equalitatem & non recipiēs solitudinem & eiusdem substantiae & non eiusdem intelligat esse personam. Qd ergo salua cooptatione inseparabilis deitatis. quedam pater. quedam filii. quedam exequit prie spūssanci. nostrae redēptionis dispositio. nr̄e salutis est ratio. Nam quod inuidia diaboli mors in orbē terrarum introiuit. & aliter solui captivitas humana non potuit. nisi causam nr̄am ille suscipieret. quod sine maiestatis sue damno. & verus hō fieret. & sol peccati contagium non haberet. diuisit sibi opus nr̄e repatiōis misericordia trinitatis ut p̄f. p̄petiaret. filii p̄petiaret. spūssanci igniret. Portebat enim ut etiā saluādi aliqd p se agerent. et cōuersis ad redēptionē cordib; ab inimici dominatione desisterent. Ideo sic ait apostolus: Visit te spūm filij sui in corda nostra clamantē. Abba p̄f. Vbi autem spūs dñi ibi libertas. Et nemo potest dicere dñs Iesus nisi ī spiritu sancto. Si ergo duce gratia fideliter sapiēterq; noscamus quod patri. quod filio. quod spūssancto in repatione nr̄a. p̄p̄riū. quod ve cōmune sit. ea qd p nobis humiliter & corporaliter gesta sunt. ita paudubio suscipimus. ut nihil indignus te una atq; eadē trinitatis gloria sentiamus. Alioquin ipsum quod te p̄f. & gruenter sentiri videbat amittit. quoniam & a tota trinitate recedit si unitas in ea non teneret. Logitatio ḡ de trinitatis deitate concepta nihil p distantiam intelligat. nihil per gradū querat. Discedat a corde quod spacio extendit. quod sine cōcludit. & quidquid

nec semp vbiq; nec totū esse cognoscit. Hanc fidem nō terrena sapientia reperit. nec opinio humana p̄suasit. sed ipse unigenitus docuit. ipse spūssanci instituit. de quo nihil est aliter qd de patre & filio sentiendū. quod licet nō sit pater. nō sit filius. nō tñ est a patre filioq; diuisus. Et sic propriam habet in trinitate p̄sonā. ita unitam habet in patris & filij deitate substātiā. omnia implēs. oīa cōtinēs. & cum patre & filio unita moderās.

**D**e p̄prietatib; ei⁹. Ex sermo, ne vñ s.

Cap. L I.

**H**ic est itaq; spūssanctus in patri & filio coctern⁹. qui a patre p̄cedēs inter voluētes atq; spumosas vitrei fluminis vndas. etheream in nube columbā simulanit. & ablūtū venerabile corpus Christi maiestati sue p̄sentia sancvit. nec tñ celuz deseruit. quod ipse est qui a patre & filio nunq; discessit vbiq; p̄sens. vbi voluerit spirat. p̄phetas implet. ap̄los cōsecrat. martyres luos inuiat. & omnib; p̄priā dignitatis gratiam donat. **C**yprian⁹ ad donatū dicit. gratia. Profluens itaq; largiter spūs nullis finib; p̄mit. nullis certaz metarū spacijs frenatur. Manat ingiter. exuberat affluēter. Postq; tantūmodo sitiat & pateat pect⁹. Nū illi fidei capacis offerimus. tñ ḡe mūdātis haurim⁹. **O**regori⁹ in omel. de penthe. Paracitus aut̄ grece ipse spūssanci dicit. quod latine aduocat⁹ vel cōsolator interpretat⁹. Idcirco enī aduocat⁹ existit. quod p errore delinquentū apud iusticiā patris intervenit. Qui vniū substantię cū patre & filio exorare p delinquētib; p̄hibet. quod eos quos repleuerit exorātes facit. **A**nde et Paulus dicit: Ipse enī spūs postulat p nobis gemitib; inenarrabilibus. Minor hō est qd postulat qd qui postulat⁹. Quod ergo spūs postulare dicit⁹ qui minor non est: sed ipse spūs postulat qd ad postulādū

# Liber

eos quos repleuerit inflamat. Consolator autem id est spūs vocat. quia de peccatōpetratione merentib⁹ dum spēm venīt p̄parat. ab afflictione tristicie mentem levat. **Beda in omel.** **Si diligitis me.** Ego inquit rogabo patrem et alium paraclitū mittet vobis. Recte spūm veritatis paraclitū dicit. qz corda fideliū ne inter hui⁹ seculi aduersa deficiant celestis vite desideriqz subleuat ac reficit. **Vñ in actibus aploꝝ crescēte sancta ecclēsia dicit.** Et edificabat ambulās in timore dñi et cōsolatione spūssancti replebatur. **Sz r̄ spūs paraclitū ipsum videlicet dominū secū in carne cōmorantē habebat.** cui⁹ et miraculoꝝ dulcedine et ope p̄dicationis ne infideliū p̄secutione scandalizari possent erigi et cōfortari solebat. **Ver⁹ quia ille post resurrectionē ascendēs in celuz eos corporaliter deseruit.** qbus tñ diuinę p̄fentia maiestatis nūc absuit. **Recte de hoc paraclito.** i. spūsancto subiunxit: Ut maneat vobiscū in ēternū. **In ēternū nāc manet cū sanctis quos et in hac vita semp̄ visibiliter int̄ illustrat.** et in futuro ad cōtemplādā p̄petuo speciem sue maiestatis introducit. **Greg⁹ vbi s.** **De quo etiā recte p̄mittit:** Impedocbit vos oīa. qz nisi isdem spūs cordi assit audiētis. ociosus est fīmo doctor. **Nemo ergo docēti homini tribuat qđ ex ore docētis intelligit.** qđ nisi intus sit qui doceat lingua doctoris exterius inuacuū laborat.

**Q**uis sit vnicus et viuens. **Beda in omel.** Cū venerit paraclitus. **Cap. LII.**

**H**oc dicit aūt vbi vult sp̄rat. Et sicut ait aplis enumeraatis donis celestibus. hec oīa opatur vñ atqz id est spūs diuidēs singulis prout vult. **Hiero. in regulis diffinitionum cōtra hereticos.** Organi sumam⁹ exemplū cui⁹ son⁹ sloet esse diuersus in modulis fistulaz. et cū in gre vna esse substantia cognoscat. effect⁹

tñ sonoꝝ vari⁹ esse. p̄bat. dñ in capacio. re maior aut grauis aut subtilis vel acutus iuenerit. Aut etiā ignis dñz vicinioribus est calidior. longinqzorib⁹ aut tepidiōr. nōne eadē substantia esse p̄bat vel ī calore vel in tempore. q̄ lōge vel prime positis ignis opatur? Ita spūssanc⁹ et si oficij sit diuersus. tñ vñ est in substantia. **Greg⁹. vbi s.** **De ipso q̄ippe scriptū est:** Spūs ei⁹ ornauit celos. Ornamēta celoz sunt vtutes p̄dicantū. q̄ Paul⁹ enumerat dices: Alij dāt p̄ spūm sermo sapiētē. alij sermo scīe zc. Hec aut inqz opatur vñ atqz id est spūs. diuidēs singulis prout vult. Hinc rursus scriptum est: Verbo dñi celi firmati sunt. et spū oris ei⁹ oīs vtus eoz. **Aug⁹. de trinitate li. vii.** Itaqz spūssanc⁹ est charitas patris et filii. vtrūqz cōiungēs nosqz subiungens. **Athanasi⁹ d̄ trini. li. viii.** Quō nempe duo ligna cōiuncta in fornacē ignis missa de qbus p̄cedit inseparabilis flāma. sic de p̄re et filiū vtute p̄cedit spūsplēnā habēs diuinitatis virtutem. Pater est in filio. fili⁹ in p̄re. spūssanc⁹ coniunctio. **Aug⁹. de trini. li. xi.** Manifestū est aut q̄ nō est alijs duonū quo vterqz cōiungat. q̄ genit⁹ a gignente diligat. diligatqz genitorē suū. suntqz nō p̄cipatiōe. b̄ essentia sua. neqz dono alicui⁹ supiori. b̄ suo p̄prio scrūtates unitatem in vinculo pad. **Idē in li. v.** Q̄ imitari p̄ grām ad deū et ad nosipso inbēm̄ dei videlicet et p̄ximi dilectione ī qbus duob⁹ p̄ceptis tota lex p̄det et p̄pbe. Ita sunt ista tria deū vñus solus magnus sapiēs sanct⁹ beat⁹. nos ex ipso et p̄ ipsum beati. qz ipsi⁹ munere inter nos vñ. vel cū illo aut vñ spūs. qm̄ agglutinat aīa nostra post eū.

**C**ur apparuit in igne. **Gregori⁹ us vbi s.** **Cap. LIII.**

**E**d querendū nobis est cur spūssanc⁹ p̄ri et filio coeteri nūs in igne apparuit. cur in igne simul et

## Quartus

linguis. cur aliqui in columba. aliqui vero in igne monstraruntur. **C**ur super unigenitum filium apparuit in columba specie. et super discipulos in igne. ita ut neque super dominum veniret in igne. neque super discipulos in columba monstraretur. **P**er quatuor igitur haec quod propositum soluendo redeam. **D**atri namque et filio cogitetur spiritus in igne monstratur. quod incorporeus et ineffabilis atque invisibilis ignis est deus. **Q**uia attestatur paulo. deus noster ignis consumens est. **D**eus quippe ignis dicitur. quod per hunc peccato per rubigo consumitur. **D**e hoc igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram. et quod volo nisi ut ardeat Terra enim corda terrena vocantur. quod dum semper infimas in se cogitationes congerunt a malignis spiritibus consumulantur. **S**ignum deus in terram mittit cum afflatu sancti spiritus carnalium metes incendit. **T**erra itaque acceditur cum cor carnale in suis spiritibus voluptatibus frigidum. relinquit percupiscencias presentis seculi. et ardet per amorem dei. **B**ene ergo in igne spiritus apparuit. quod ab omni corde quod replet torpor frigoris excutit. et hoc in deserto sue eternitatis accedit. **D**ridge nes super Mat. li. xvij. **C**eterum deus noster ignis consumens est. quodcumque in nobis sunt quod consumi digna sunt. cum autem consumpta fuerint. non erit ignis consumens sed illuminans. **D**ierius super ps. lxxvij. Ignis neque duplice natura habet. quam et lucet et vitat. **S**ic et deus lucet iustis et peccatores incendit. **V**nde quod super Christi fundationem edificatur lignum. scilicet stipulaz illis deus non ignis est consumens. **A**ugustinus in ser. vij s. Itaque in descensu spiritus sancti subito factus est deus celo sonus. quod si ferret vegetem flatus. At ille flatus discipulos non istauit. sed vegetauit. Ignis ille non cremauit. sed excitauit. sicutque in eius ipsis quod tamen annuerat pleratim. **I**de in alio de eodem. Non sunt loquentes neque sermones quoque non audiuntur voces eorum. Flatus ille acarnali palea corda mundabat. Ignis ille secundum veteris concupiscencias consumebat. Ita quippe tunc deo placuit sancti spiritus sui significare presentiam. ut quod ea accese-

pissent linguis omnibus loquerentur.

**C**ur apparuit in linguis. **G**regorius ubi s. **L**ap. LIV

**I**taque spiritus sanctus super discipulos in linguis apparuit. omnibus linguis scientiam dedit. **Q**uid sibi miraculo designatus nisi quod sancta ecclesia eodem spiritu repleta omnium gentium erat locutura? **Q**ui vero contra deum turrim edificare conati sunt. cōionez unius lingue prodiderunt. In his autem quod deum humiliter metuebāt lingue omnes uniti sunt. **H**ic ergo meruit humilitas virtutē. illic subbia confusione. Idecirco autem spiritus sanctus in linguis est demonstratus. quod isdem spiritus cogitetur est filio. et habet cognationem maximam linguam cum christo. verbū quippe prīmū filius est. Et quod una est spiritus et christi substantia. isdem spiritus monstrari debuit in lingua. **V**el certe quod per linguam verbū procedit in linguis spiritus apparuit. quod quis sanctos spiritus tangit. dei verbū. et unigenitum filium confiteret. **E**t negare dei verbū non valet qui iam spiritus sancti linguam habet. **A**ugustinus in sermone vij s. Intelligendum est autem hic esse spiritus sanctus quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris. **E**t quoniam charitas ecclesiae dei congregatura fuerat toto orbe terrarum. quod tunc etiam unus homo poterat ut sancti accipiēt spiritum linguis omnibus loqueretur. **N**unc spiritus sancto congregata ipsa unitas ecclesie linguis omnibus loquitur. **P**roinde sed quisque dixerit alicui nostrui: Accepisti spiritum sanctum quare non linguis omnibus loqueris? **R**espōdebit: Loquo omnibus linguis. quod in eo Christi corpus hoc est in ecclesia que loquitur omnibus linguis. **Q**uid enim aliud tunc deus significavit nisi spiritus sancti presentia ecclesiae suae linguis omnibus locuturatur? **I**dem de eodem. Ideo ergo spiritus sanctus se demonstrare dignatus est. in omnibus linguis gentium. ut ille se intelligat habere spiritum sanctum. qui linguis omnibus loquitur. **V**nus corpus ait aplius et unus spiritus;

# Liber

**E**cce humano spū quo ego ipse hō membra omnia colligo. Disp̄rita sūt membra officia. s̄ vnitas spūs continet oīa. Q̄ autē spūs nō st̄. i. aīa nostra est ad mēbra nostra. hoc est. spūsancti ad christi membra. i. ad corpus Christi quod ē ecclesia. Ipsiqz vnitatis p̄ omniū gentiū linguis cōmendant a Christo ascēdente. cōfirmatur a spūsancto descendēte.

**I**te ex ser. vnde s̄. Audīnum? inquit eos loquētes n̄is linguis magnalia dei. Cur hesitas. cur miraris gentiū turba. q̄ in hoc sacramēto citi⁹ eris creditura deuota? H̄z tu spūsancto p̄paramentē. vt sicut in aploz corda diuinus ⁊ sanctus spūs pluit manna ⁊ boz. ita in te palmitē faciet fructificare v̄tutū.

**C**ur in linguis igneis apparuit. Greg⁹. vnde s̄.

Cap. LV.

